O Pie crucifixe redẽptor oĩm populoꝝ qui pro salute generis humani ab impioꝝ manib⁹ mortis suppliciũ ptulisti: propter nomen scti tuũ ⁊ per merita ⁊ intercessiones beatissime genitricis tue marie ⁊ oĩm sanctoꝝ tuoꝝ ꝓpitius esto michi pctõri: ⁊ exaudi preces famuli tui scõm multitudinẽ misericordie tue. Amen. Pater noster. Aue.

Dñe ielu xpe qui glorioſum caput tuũ angelis ⁊ hoibus venerandũ spinea corona dehonestari voluisti vt sanguis deflueret in redẽptionem mũdi: propter nomen sanctũ tuũ et per merita ⁊ intercessiões beatissime genitricis tue marie ⁊ omniũ sanctoꝝ tuoꝝ indulge michi pctõri q̃cquid sensibus capitis mei deliquit: dñe miserere sup me N. peccatore. Amẽ Pater noster. Aue maria.

[illegible]ñe ielu xp̃e qui gl̃iosas manus tuas in cru
ce clauibus pforari voluisti: vt sanguis efflu=
eret in redemptionē mūdi ꝓpter nomen san=
ctum tuū ⁊ p merita ⁊ intercessiões btissime
genitricis tue marie ⁊ omniū sctõꝝ tuoꝝ in=
dulge michi pctõri quicqd per tactū illicitū et
per illicitã operationē delicꝫ dñe miserere sup
me N. peccatore. Amen. Pater noster. Aue.
[illegible]ñe ielu xp̃e qui p̃ciosum latus tuū in cruce
lancea militis perforari voluisti: vt sanguis ⁊
vnda fluerēt in redemptionē mūdi ꝓpter no
men sctū tuū ⁊ p merita ⁊ intercessiões btissi
me genitricis tue marie ⁊ oim sctõꝝ tuoꝝ in=
dulge michi pctõri q̃cq̃d per illicitas cogitatio
nes ⁊ per ardores libidinis delicꝫ dñe miserere
sup me N. pctõre. Amen. Pr̃ nr̃. Aue.
[illegible]ñe ielu xp̃e qui p̃ciosos pedes tuos in cruce
clauis pforari voluisti: vt sanguis efflueret in
redemptionē mundi ꝓpter nomen sanctus
tuū ⁊ p merita ⁊ intercessiones btissime geni
tricis tue marie ⁊ omniū sanctoꝝ tuoꝝ indul
ge michi peccatori quicquid per incessum pe=
dum deliqui: dñe miserere super me N. pecca
tore. Amen. Pater noster. Aue maria.
[illegible]ñe ielu xp̃e qui totū corpus tuū in cruce ex
tendi voluisti ita vt ossa ossa tua possent dinu

merari propter nomen sctm̄ tuū ⁊ ꝑ merita ⁊ intercessiōes beatissime genitricis tue marie ⁊ oīm sanctoꝝ tuoꝝ indulge michi peccatori quicq̄d per officiū oīm membroꝝ meoꝝ male deliqui dn̄e miserere super me N. peccatore Amen. Pr̄ noster. Aue. Credo. ℣. Adoramus te xp̄e ⁊ bn̄dicimus tibi. ℟. Quia per sanctaꝫ crucē tuā redemisti mundū. Oremus

Deus qui voluisti pro perditiōe mundi a iudeis reprobari ⁊ a iuda osculo tradi ⁊ vinculis alligari ⁊ vt agnus innocens ad victimā duci / ante conspectū pylati offerri / a falsis testibus accusari / colaphis cedi ⁊ opprobriis vexari ⁊ conspui / spinis coronari / in cruce leuari / lancea vulnerari / atq̄ inter latrones deputari / clauoꝝ quoq̄ aculeis ꝑforari / felle ⁊ aceto potari tu dn̄e per has scīssimas penas tuas aīam meā ab inferni penis libera: ⁊ per sanctam crucem tuam salua me ⁊ custodi ⁊ illuc perduc me miserum quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum patre ⁊ sācto spiritu viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sequitur oratio sancti bernardini confessoris ordinis minorum.

Bone iesu O dulcis ie-
su O iesu fili marie vir-
ginis plenus misericordia & ve
ritate. O dulcis iesu miserere
mei secundū magnam miam
tuam. O benigne iesu te depre
cor per illū sanguinē preciosuz
quē pro nobis miseris peccato
ribus effundere dignatus es in ara crucis vt
abūcias omnes iniquitates meas: & ne despi-
cias humiliter te petentē & hoc nomen tuum
sanctissimum iesus inuocantem. Hoc nomē
iesus nomen dulce est. Hoc nomen iesus no-
men salutare. Quid enim est iesus nisi salua-
tor. O bone iesu q̄ me creasti & redemisti tuo
preciosо sanguine ne permittas me damnari
quem tu ex nichilo creasti. O bone iesu ne per
dat me iniquitas mea / quem fecit et creauit
omnipotens bonitas tua. O bone iesu recog-
nosce quod tuum est in me / et absterge quod
alienum est a me. O bone iesu miserere mei
dum tempus est miserendi: Nec perdas me
in tempore tui tremendi iudicii. O bone iesu
si merui miser peccator de vera tua iusticia
penam eternam pro peccatis meis grauissi-
mis / adhuc appello confisus de tua iusticia

vera ad tuam mīam ineffabilē. Utiq; misere
beris mei vt pi⁹ pater ⁊ misericors dñs. O bo-
ne iesu que enim vtilitas in sanguine meo dū
descendero in corruptionē eternā. Non enim
mortui laudabūt te neq; om̄s qui descendunt
in infernū. O misericordissime iesu miserere
mei. O dulcissime iesu libera me. O piissime
iesu propitius esto michi pctōri O iesu admit
te me miser peccatorē inter numerū electorū
tuor. O iesu salus in te sperantiū. O iesu sa-
lus in te credentiū miserere mei. O iesu dulcis
remissio oīm peccator meor. O iesu fili vir-
ginis marie infunde in me gr̄am tuā sapien-
tiam charitatē castitatē ⁊ humilitatē ac etiaz
in oībus aduersitatibus meis patientiā scām
vt possim te perfecte diligere ⁊ ī te gloriari ac
delectari in secula seculor. Amen.

Rex gloriose inter sanctos tuos q̄ semp
es laudabilis ⁊ tñ ineffabilis tu in nobis
es dñe ⁊ nomen scm̄ tuū inuocatum est super
nos ne derelinquas nos dñe deus noster vt in
die iudicii nos collocare digneris inter electos
tuos rex bñdicte. ℣. Sit nomen dñi bñdictū.
℟. Ex hoc nūc ⁊ vsq; in scl̄m. Oremus.

Deus qui gloriosissimū nomē iesu xp̄i
vnigeniti filii tui fecisti fidelibus tuis

summo suauitatis affectu mirabile ⁊ malignis spiritibus tremendū atq; terribile: ꝛcede ppitius vt oñes q̄ hoc nomen iesu deuote venerant in terris sancte cōsolatiōis dulcedinez in p̄lenti percipiāt ⁊ in futuro gaudiū exultationis ⁊ interminabilis iubilatiōis obtineant. Per eundē dñm nostꝝ iesum. ꝛc.

Sanctifica me dñe iesu christe signaculo tue sancte crucis vt fiat michi obstaculum cōtra seua iacula inimicoꝝ meoꝝ visibiliū ⁊ inuisibiliū: defende me iesu xp̄e pastor bone hodie ⁊ oñi tempe ab oñi nociua passione: ab oñi angustia ⁊ tribulatiōe: ⁊ ab oībus vitiis malis p̄teritis p̄lentibus ⁊ futuris p signū scte crucis ⁊ p inestimabile p̄ciū iusti ac p̄cioli sanguinis tui in quo misericordit me redemisti. Qui viuis ⁊ regnas deus. ꝛc. An. Angele q̄ meus es custos pietate supna: me tibi cōmissū salua defende guberna. O tu dulcis angele q̄ mecū morar; licet plonaliter mecū nō loquaris: aiam cū corpore p̄cor tuearis. iam hoc est officiū ad qđ assignaris. ℣. O beate angele nuncie dei nri. ℟. Actus meos regula ad votum dei altissimi. Oremus.

Deus qui sctōꝝ angeloꝝ tuoꝝ aliquos tibi benigne cōcedis assistere ⁊ aliquol

iubes hic in terris hoībus misericorditer ministrare: ꝯcede ꝓpitiꝰ sic angelū michi cōmissum ad custodiā me in bonis dirigere: ad virtutes assidue excitare: ⁊ a pctōꝝ voragine potentissime liberare: quatenus ī districto iudicio qñ fiet vnum ouile hoīm ac etiā angeloꝝ sub tanto pastore merear inter sui gregis pecora numerari. Per. Alia oratio.

Sancte angele dei minister celestis imperii cui deus omp̄s mei custodiā deputauit: per maiestatē eius et pietatē te humilit̄ deprecor vt custodias aīam meā ⁊ corpꝰ meū ⁊ oēs sensus meos a prauis ⁊ illicitis desideriis: a noxiis vanis ⁊ immūdis cogitatiōibus ⁊ ab illusionibꝰ malignoꝝ spirituū a pollutiōe mentis ⁊ corporis: ⁊ ab insidiis inimicoꝝ meorum visibiliū ⁊ inuisibiliū querentiū animā meam: ⁊ sis michi protector tutus vbicūq; iero diebus ⁊ noctibꝰ horis atq; momētis ⁊ conserua me in mundo opere ⁊ cōfirma me in timore ⁊ amore iesu xp̄i cum sanctis desideriis ⁊ post hāc miseram ⁊ caducā vitā ꝑduc aīam meam ad eternam felicitatem vbi cum deo ⁊ omnibus sanctis gaudeat sine fine prestante domino nostro iesu christo: cui est honor ⁊ gloria in seculorum secula. Amen.

Oratio ad sanctū Jacobū apostolū fratrē sancti iohānis euangeliste An. O lux ⁊ decus hyspanie sanctissime iacobe apl'e q̄ inter apostolos primatuz tenes primus eoꝝ martyrio laureatus. O singulare presidiū qui meruisti videre redemptorē nostꝝ adhuc mortalez in deitate transformatū: exaudi preces seruorū tuoꝝ ⁊ intercede pro nostra salute oīmqꝫ populoꝝ Alleluya. ℣. Ora ꝑ nobis beate iacobe ℟. Ut digni efficiamur promissionibus xp̄i.

Protector in te sperantiū Oremus. Deus familiā tuam propitius respice: ⁊ per beatū apostolum tuū iacobū a cūctis eā aduersitatibus potentie tue brachio defende Per xp̄m dn̄m nostꝝ. Amen. Alia An. Gaude felix tota hyspania digna deo cantās preconia. Sed tu magis gaude galecia tanti patris dotata copia: ⁊ tu fecunda hiria pange tue ducis solēnia. ℣. Ora ꝑ nobis btē iacobe. ℟. Ut digni efficiamur. ⁊c. Oremus.

Deus cuius dispositiōe mirabili corpus beati iacobi zebedei apostoli tui de hierosolymis ad hyspaniā translatū / ⁊ in compostella gloriose sepultū: cōcede nobis q̄s vt eius meritis ⁊ precibus post huius vite exiliū in celesti hierl'm colletemur. Per dn̄m nr̄m ie. ⁊c.

De sancto iacobo minori alphei. An.

O candor perpetue pure castitatis bone operarie doctor veritatis homo lucis glorie flumē charitatis eterna requie nos iunge beatis. ℣. Ora pro nobis btē iacobe. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus xpi. Oremus.

DEus qui iustum apostolū tuū iacobū ppetue castitatis flore candidatū eccle sie tue primū episcopū ⁊ tui operis vicarium esse voluisti: tribue qs vt ita ipse aperte sit p nobis ppetuus intercessor/ sicut tui mysterii extitit primus executor ⁊ doctor. Per xpm.

De sancto sebastiano An.

O qm gloriosa refulget gratia sebastianus dei martyr inclytus/ qui militis portās insignia: sed de fratr palma solicitus cōfortauit corda pallentia verbo sibi collato celitus. ℣. Ora pro nobis beate martyr sebastiane. ℟. Ut digni mereamur pestē epydimie illesi trālire ⁊ promissionē xpi obtinere. Oremus.

DEus qui beatū sebastianū gloriosum martyrē tuū in tua fide ⁊ dilectione tā ardenter solidasti: vt nullis carnalibus blandimentis: nullisq tyrannor minis sagittis siue tormētis a tua sancta potuit cultura reuocari. Da nobis qs eius merit ⁊ intercessiōe in

omni tribulatiõe auxiliũ / in plecutione solaci
um: ⁊ in oñi tempoze anguſtie ⁊tra pestẽ epy
demie remediũ: quaten⁹ possimus cõtra oñs
diabolicas insidias foztiter dimicare mundũ
⁊ oñia que in eo sunt oñino despicere ⁊ nulla
eius aduersa fozmidare: supbiãq; ac vanam
gloziã cũ oibus viciis supare: ⁊ ea que a te iusta
sunt recta intentione seruare. Per.

De sancto chzistofozo An.

Martyz xpofoze p saluatozis honoze: fac nos
mente foze dignos deitat⁊ amoze: pmisso xpi
q; quod petis obtinuisti. Da populo tristi bo=
na que moziẽdo petisti. Confer solamẽ ⁊ men
tis tolle grauamen. Judicis examen fac mite
sit omnibus amen. ℣. Oza pzo nobis btẽ mar
tyz chzistofoze. ℟. Ut digni efficiamur pmis=
sionibus chzisti. Ozemus.

Oncede q̃s omp̃s ⁊ misericoz⁹ deus vt
q̃ beati xp̃ofozi martyzis tui memoziã agim⁹
eius piis meritis ⁊ intercessiõe a moze perpe=
tua ⁊ subitanea / a peste fame timoze ⁊ tempe
state / clade ⁊ pauptate / ⁊ ab oĩbus inimicoz⁹
nostroz insidiis liberemur: p te ihesu xp̃e salua
toz mundi rex glozie quem ip̃e meruit in bza
chiis poztare. Qui viuis ⁊ regnas deus. p.

De sancto geozgio An.

Georgi martyr iclyte te decet laus et gl'ia p̄dotatū militia per quē puella regia existens in tristicia corā dracone pessimo saluata est ⁊ aīo te rogam⁹ corde intimo: vt cū cunctis fidelibus celi iungamur ciuibus nostr⁊ ablutis sordibus: vt simul cū leticia tecū simus in gloria nr̄aq̄ reddant labia laudes xp̄o cū gratia. ℣. Ora p nobis btē georgi xp̄i miles. ℟. Ut hostes visibiles ⁊ inuisibiles siut cōtra nos valde debiles. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus q̄ dep̄cantium voces benignus exaudis maiestatem tuam supplices exoramus vt sicut in honore beati ac gloriosissimi martyris tui georgii drachonē a puella supari voluisti: ita eiusdem intercessiōe hostes nostros visibiles ⁊ inuisibiles ne nocere nobis valeant precedere digneris. Per dn̄m nostrū iesum xp̄m.

De sancto Martino An.

O martine o pie q̄ pium est gaudere de te. O martine pphetis compar apostolis cōsertus:

presulum gēma: fide ⁊ meritis egregie: pieta
te mīa charitate ieffabilis succurre nobis nūc
⁊ ante deū. ℣. Ora pro nobis sctē martine. ℟.
Ut digni efficiamur ꝓmissiōib⁹ xp̄i. Orem⁹
Deus qui ꝯspicis qꝛ ex nulla nostra vir
tute subsistimus: ꝯcede ꝓpitius vt in=
tercessiōe beati martini confessoris atq; pōti=
ficis cōtra oīa aduersa muniamur. Per.
De sancto anthonio An.
O anthoni pastor inclyte qui cruciatos refic⁹:
morbos sanas ⁊ destruis: ignis calorem extin
guis: pie pater ad dn̄m ora pro nobis miseris
℣. Ora pro nobis beate pater anthoni. ℟. Ut
digni efficiamur ꝓmissiōibus xp̄i. Oremus.
Deus qui cōcedis obtentu beati antho
nii cōfessoris tui morbidū ignē extin=
gui ⁊ mēbris egris refrigeria prestari: fac nos
q̄s ipsius meritis ⁊ p̄cibus a gehenne incendi
is liberatos integros mēte ⁊ corpe feliciter in
gl̄ia p̄sentari. Per. De sctō Francisco An.
Franciscus vir catholicus ⁊ totus apostolicus
ecclesie teneri fidem romane docuit: presbyte
rosq; monuit pre cūctis reuereri. ℣. Ora ꝓ no
bis beate pater francisce. ℟. Ut dig. Orem⁹.
Deus qui ecclesiā tuā bt̄i francisci meri
tis fetu noue ꝓlis amplificas: tribue

nobis ex eius imitatiõe terrena despicere ⁊ ce
lestiũ donoꝝ semp ꝑticipatiõe gaudere. ℘er.
De sancta anna. An. Celeste bñficiũ introi
uit in annã ꝑ quã nobis nata est virgo mari.
℣. Ora pro nobis beata anna. ℟. Ut digni ef=
ficiamur promissionibus xp̃i. Oremus.
Deus q̃ beate anne tantã gr̃am donare
dignatus es vt beatissimã matrẽ tuã
in suo gloriosissimo vtero portare meruit: da
nobis ꝑ intercessionẽ matris ⁊ filie tue ꝑpitia
tionis abundantiã vt quaꝝ cõmemorationẽ
p amore amplectimur eaꝝ p̃cibus ad celestez
gloriã puenire valeamus. ℘er xp̃m.
De sancta barbara An. Gaude barbara be
ata summe pollens in doctrina angeli myste
rio. Gaude virgo deo grata que baptistã imi
tata es in vite stadio. Gaude cum te vilitauit
xp̃us vita ⁊ curauit plagas actu ꝑprio. Gau=
deq; meruisti impetrare qd̃ petisti dante dei
filio. Gaude nanq; eleuata es in celo et delata
nobili martyrio. Te laudantẽ familiã trahe
post te ad gr̃iam finito exilio. ℣. Ora ꝑ nobis
btã barbara. ℟. Ut digni efficia. Oremus.
Intercessio q̃s dñe btẽ barbare ℣ginis ⁊
martyris tue ab oñi aduersitate nos p
tegat: vt per eius interuentũ gloriosissimũ sa

crosancti corporis & sanguinis dñi nostri ielu xpi sacramentū ante die exitus nostri per veram penitentiā & purā cōfessionē pcipere mereamur. Qui tecū viuit. Ad.xi.milia vginū. An. O vos vndena milia puellē gr̄iose virginitatis lilia martyrūq; rose. In vita me defendite p̄bendo michi iuuamē: in morte vos ostē dite supernū ferēdo solamē. ℣. Orate p nobis sponse dei electe. ℟. Vt ad vestrum consortiū valeamus peruenire. Oremus. Dulcissime dñe ielu xp̄e qui es sponsus virginū/premiū martyr/ & piissim⁹ exaudito⁹ olim sanctor tuor: prec⁹ & meritis gloriosissimar sponsarū tuarū sanctissime vrsule sociarūq; suar virginūq; martyr accedere digneris michi & ob⁹ eas venerātib⁹ singulor q; suor peccator veniā in aduersis expedientem p̄tectionē in prosperis cōgruā directionē & gr̄am confirmandi ad tuā voluntatē. In fine q; vite illar visibilē cōsolationē & cū illis transitū secur ad gloriā sempiternā. Qui tecū &c.

De sancta appollonia. An.

Virgo xp̄i egregia p nobis appolonia: funde pces ad dñm vt tollat omne noxiū: ne p reatu criminū morbo veremur dētiū vel capit⁹ torquentiū. ℣. Spe tua & pulchritudine tua. ℟.

Intēde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Oremus.

Omp̄s sempiterne deus spes ⁊ corona oī bus tibi fideliter seruiētibus q̄ beatā ap poloniā gloriosā virginē ⁊ martyrē excussionē dentiū pro tui nois fide passam in celestib⁹ coronasti: tribue q̄s oībus memoriā ei⁹ pie colentibus ꝑpetua pace gaudere ⁊ a ꝑiculis tam aīe q̄ corꝑis liberari. Per xp̄m dn̄m no. Amē

Oratio ad ōmnes sanctos.

Vos oēs sancti ⁊ electi dei q̄bus de⁹ preparauit regnū eternū a principio vos precor ꝑ charitatē qua dilexit vos de⁹ succurrite michi pctōri miserrimo anteq̄ me mors rapiat: ꝯsiliate me anteq̄ infern⁹ me deuoret O beata maria mater dei virgo xp̄i pctōꝝ interuentrix. Exaudi me / salua me / custodi me obtine michi pia dn̄a fidem rectā / spem certā ꝑfectam charitatē / verā humilitatē / castitatē sobrietatē: ⁊ post cursum vite mee societatem ꝑpetue beatitudinis. Tu etiā sctē michael cū omībus milibus angeloꝝ: ora ꝓ me vt eripiar de potestate aduersariorū meorū. Adiuua me obtine michi amorē dei cordis decorem: ⁊ fidei vigorē ⁊ celestis gl̄ie iocunditatez. Vos quoq; scti patriarche ⁊ ꝓphete poscite michi a deo indulgentiam / penitentiā / continentiā

ſanctamoꝝ ꝑleuerantiã atoꝝ vitam eternam.
O beati apoſtoli dei ſoluite me a peccatis. De
fendite me a penis inferni ⁊ de poteſtate tene
bꝛaꝝ ꝛfoꝛtate me: ⁊ ad regnũ eternũ me ꝑdu
cite. Pꝛecoꝛ etiam vos ſancti martyꝛes dei vt
detur michi a deo charitas ſãcta / paꝝ ſincera /
mens pura / vita caſta ⁊ peccatoꝝ remiſſio O
gloꝛioſi confeſſoꝛes dei oꝛate pꝛo me vt ꝑ vos
michi tribuatur a deo celeſtis concupiſcentia
⁊ moꝛum reuerentia ⁊ criminũ ablutio. Si-
militer ⁊ vos rogo omnes ſancte virgines dei
adiuuate me vt habeam bonam voluntatẽ
coꝛdis ⁊ coꝛpoꝛis ſanitatẽ / humilitatem / caſti
tatem: et poſt curſum vite mee ſocietatẽ per-
petue beatitudinis. O vos oĩes ſancti ⁊ ſan-
cte dei vos depꝛecoꝛ quoꝝ ⁊ ſupplico ſubueni
te michi: miſeremini mei miſericoꝛditer ⁊ oꝛa
te pꝛo me inſtanter vt per veſtram interceſſi-
onem tribuatur michi a deo conſciẽtia pura /
compunctio vite eterne conſummatio lauda
bilis quatenus per merita veſtra pueníre va-
leam ad eterne beatitudinis patriam. Pꝛeſtã
te domino noſtro ieſu chꝛiſto Qui cum patre
⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deus. Per om-
nia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

A deuout pꝛayer in englyſſhe.

O Gloryous ihesu. O mekest iesu. O most swettest ihesu. I pray the that I may haue true confession/contrycion and satisfactiō or I dye. and that I may see & receyue thy holy body god & man sauiour of alle mankynde cryst ihesu wyth oute synne & that thou wylt my lord god forgyue me alle my synnes for thy gloryous woundes & passyon & that I may ende my lyf in the trewe fayth of holy chyrch & in parfyght loue ād charyte with my euyn crysten as thy creature and I cōmēde my soule in to thy holy hondes thurghe the gloryous helpe of thy blessyd moder of mercy our lady saynt mary & alle the holy company of heuen amen. The holy body of cryst ihesu be my saluacyō of body & soule A. The gloryous blood of cryst ihesu bryng my soule & body in to the euerlastyng blysse amē I crye god mercy. I crye god mercy. I crye god mercy. Welcome my maker/Welcome my redemer/Welcome me sauyour I cry the mercy with hert contryte of my gret vnkyn

denesse that I haue had to the.

A nother prayer in englyssh.

O The most swettest spouse of my soule crist iesu desiryng hertely euermore for to be with the in mynde and wyll and to lete none erthely thyng be so nygh myn herte as thou crist iesu: and that I drede not for to dye for to goo to the crist iesu ād that I may euermore saye to the with a gladde chere my lord my god / my souerayn sauyour criste ihesu I beseche the hertely take me synner vnto thy grete mercy and grace for I loue the with alle my herte with all my mynd & with all my myght & nothyng somoche in erthe ne aboue erthe as I doo the my swete lord crist iesu ād for that I haue not loued the & worshypped the a boue all thyng as my lord my god and my sauyour crist iesu I beseche the with mekenesse and herte cōtryte of mercy and of forgeuenesse of my grete vnkyndnesse for the the grete loue that thou shewedest for me ād alle mākynde what tyme thou offredest thy glorious body god and man vnto the crosse ther to be crucifyed and wounded and vnto thy glorious hert a sharp spere there rēnyng out plenteuously blood and water for the re-

dempcion and ſaluacion of me/and alle man
kynde/and thus hauynge remẽbraunce ſted
faſtly in myn herte of the my ſauyour criſte
ieſu I doubte not but thou Wilt be ful nyghe
me and conforte me bothe bodely and gooſt=
ly With thy glorious preſence. And at the laſt
bryngе me vnto thyne euerlaſtynge bleſſe/
the Whiche ſhal neuer haue ende. Amen.

¶Sequuntur quedam alie orationes ſpecia
les ⁊ perpulchre. Et primo pro infirmo.
¶Iſte orationes debent dici in agonia mor=
tis per ſacerdotem pro infirmo immutando
verba. Et quilibet poteſt dicere pro ſemetipo
ſicut hic ſtat.

Dic primo. Kyrieleyſon. Xpeleyſon. Kyrieley=
ſon. Dſie miſerere noſtri. Pater noſter. Aue
maria. Saluator mũdi ſalua nos qui per cru
cem tuam ⁊ ſanguinẽ tuũ redemiſti nos. Au
xiliare nos deprecamur deus noſter.

DOmine ieſu xpe per agoniam ⁊ orati=
onẽ tuã ſctiſſimã qua oraſti pro nobis
in mõte qñ factus eſt ſudor tuus tanq̃ gutte
ſanguinis decurrentis in terraz obſecro te vt
multitudinẽ ſudoris tui ſanguinei quã pre ti
moris anguſtia copioſiſſime effudiſti offerre

digneris deo patri oñipotenti contra multitudinem peccatoꝝ meoꝝ & libera me in hoꝛa moꝛtis mee ab oibus penis & angustiis quas pꝛo peccatis meis me timeo meruisse Qui cũ deo patre & spũ sctó viuis. ꝛc.

Scdo dic. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pat noster. Aue maria. Dñe miserere nobis. Sanctifica nos dñe lignaculo sctẽ crucis vt fiat nobis obstaculum contra seua iacula omniũ inimicoꝝ defende nos dñe p lignuꝫ sanctum tuum & per pꝛecium iusti sanguinis tui cũ quo nos redemisti.

Domine ielu xp̃e q̃ pꝛo nobis moꝛi dignatus es in cruce: obsecro te vt omnes amaritudines omniũ passionũ tuaꝝ quas p nobis peccatoꝛibus in cruce sustinuisti qñ sanctissima aia tua egressa est a sanctissimo coꝛpoꝛe tuo offerre digneris deo patri oñipotenti pꝛo aima mea infirma; & libera me in hoꝛa exitus mei ab omnibus penis et passionibus quas pꝛo peccatis meis me timeo meruisse. Qui viuis & regnas deus Per oñia.

Tercio dic. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Domie miserere nobis. Pater noster Aue maria. Pꝛotege & salua benedic sanctifica domine populum cũctum & me famulum

tuū per crucis signaculū: morbos meos auer te corporis ⁊ aīe: ⁊ contra hoc signū nullū stet periculū. Qui viuis ⁊ regnas deꝰ. Oremus.

Domine iesu xp̄e qui ꝑ os prophete tui dixisti: in charitate ꝑpetua dilexi te/et ideo attraxi te michi miserans tui. obsecro te vt eandē charitatē tuā que de celis ad terram ad tollerantias oīm passionū tuaꝝ traxit: offerre ⁊ ostendere digneris deo patri oīpotenti ꝯtra omnes penas ⁊ passiōes meas quas pro pctīs meis me timeo meruisse. Salua aīam meam in hora exitus sui: aperi ei ianuā vite ⁊ fac me gaudere cū sctīs tuis in gloria. Qui viuis ⁊ regnas deus: ꝑ oīa s.s. Amē. Oremus.

Domine iesu xp̄e q̄ redemisti nos p̄cioso sanguine tuo: scribe in aīa mea vulnera tua cū p̄cioso sanguine tuo vt discā in eis legere tuū dolorē tuū amorē. Dolorem cōtra omnes dolores ⁊ angustias ⁊ penas quas pro pctīs meis me timeo meruisse. Amorē vt viuam tibi amore īuiolabili quo a te ⁊ omībus electis tuis nunq̄ possim in ꝑpetuū separari: fac me dn̄e participē sanctissime incarnatiōis passionis/resurrectiōis/ ⁊ ascēsionis tue. Fac me participē omniū orationū ⁊ beneficioꝝ q̄ sunt in ecclesia tua sancta: fac me participem

omniū benedictionū gratiaꝝ meritoꝝ ⁊ gaudioꝝ oim electoꝝ tuoꝝ qui tibi placuerūt ab initio mūdi: ⁊ concede michi vt cū his oibus in tuo conspectu gaudeam in eternum. Qui cum deo patre. ⁊c. [redacted] Oratio ad patrē. Pater de celis deus: Miserere nobis. [redacted]

DOmine sancte pater omps eterne de⁹ qui coequalē consubstantialē ⁊ coeternum tibi ante oia secula filiū inestimabiliter genuisti cū quo atq; cū sancto spū ex te eodem q; filio procedente celum terrā atq; oīnia que cunq; exīstunt visibilia ⁊ invisibilia mirabiliter creasti. Tibi gr̄as ago / te adoro / te laudo / te benedico / te magnifico. Esto michi ppiti⁹ miserrimo pctōri: ⁊ ne despicias me opus manuum tuarum: sed libera / salua / ⁊ adiuua me propter nomē tuum. Qui vivis ⁊ regnas deus. Per oīnia secula seculoꝝ. Amen. [redacted] Oratio ad filium. [redacted]

Fili redemptor mundi deus: miserere nobis.

DOmine iesu xp̄e fili dei vivi q̄ es verus ⁊ omps de⁹ splendor ⁊ imago patris ⁊ vita eterna: cui est vna cuz eterno patre ⁊ spū scto equalis honor eadē gloria coeterna maiestas vna substantia. Tibi gr̄as ago / te adoro / te laudo / te bñdico / teq; glorifico: ne me obse-

cro perire patiaris: sed salua & adiuua me propter nomẽ sanctũ tuum. Qui viuis & regnas deus. Per. Oratio ad spiritum sctũ.

Spiritus sancte deus: miserere nobis.

Domine spũs sãcte deus qui coequalis consubstãtialis & coeternꝰ patri filioꝙ existẽs: ab eis ineffabiliter procedens: qꝙ supeundẽ dñm nostꝝ iesũ xp̃m in colũbe specie & supra sctõs discipulos suos in linguis igneis descendisti. Tibi gr̃as ago / te adoro / te laudo te bñdico / teꝙ glorifico: repelle a me quesο tenebras totius iniqtatis & pfidie: & accẽde i me lumen mĩe tue & ignẽ sanctissimi amoris tui. Qui viuis & regnas deus Per oĩa secula s. A.

Oratio bona quotidie dicentibus reuelatione diuina transmissa vni monacho de bynhyñ: circa annum domini. M. cccc. & lxxxv. quinꝙ Pater noster. qnꝙ Aue maria. & Credo in deum.

Deus propitius esto michi pctõri & esto custos mei oĩbus diebꝰ vite mee deus abrahã deus ysaac deus iacob miserere mei: & mitte i adiutoriũ meum michaelem archangelum tuum qui me custodiat / protegat / & defendat ab omnibus inimicis meis visibilibus & inuisibilibꝰ. Sancte michael archangele defende

me in prelio vt nō pereā in tremendo iudicio.
Archangele xp̄i ꝑ gr̄am quā meruisti te dep̄-
cor per vnigenitū dn̄m nr̄m iesū xp̄m vt eru-
as me hodie ⁊ om̄i tempe a ꝑiculo mortifero.
sancte michael: sctē gabriel: sctē raphael: om̄s
scti angeli ⁊ archāgeli dei succurrite michi: p̄-
cor vos om̄es virtutes celoꝝ vt ꝑ summā dei
potentiā detis michi auxiliū ꝙ nullus inimi-
cus me cōdēnare possit nec grauare / nec in do
mo / nec extra domū / nec dormientē / nec vigi-
lantē. Ecce ✠ crucē dn̄i fugite partes aduer-
se vicit leo de tribu iuda radix dauid stirps ies
se: saluator mūdi salua me qui ꝑ crucem ⁊ san
guinē tuū redemisti me. Auxiliare michi deꝰ
meus. Agyos: agyos: agyos. Crux xp̄i ꝓtege
me. crux xp̄i salua me. crux xp̄i defēde me ab
omni malo. Amen. ℣. Ora pro nobis btē mi-
chael archangele. ℟. Ut digni efficiamur ꝓ-
missionibus christi. Oremus.

Deus qui miro ordine āgeloꝝ ministe-
ria hominūq; dispensas: ꝯcede ꝓpitiꝰ
vt qbus tibi ministrantibus in celo semꝑ assi
stit ab hiis in terra vita nostra muniat. Per.

Oratio ad sanctum gabrielem.

Recor te ⁊ princeps egregie gabriel for
tissime agonizata certantium exurge

michi in adiutoꝛium aduerſus malignantes eſto mecum contra aduerſarios meos et contra omnes operantes iniquitatē. Detege verſutos hoſtes ⁊ contege violentos vt oñes aduerſantes mihi tuo opitulatu iuncti fugētur fauente dño noſtro ieſu chriſto. Qui cum patre ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ regnat deus per oīnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Oratio ad ſanctum Raphaelem.

Auxiliare michi ⁊ tu pꝛinceps obſecro eximie raphael aīmaꝝ ⁊ coꝛpoꝛe optime medicatoꝛ ⁊ qui coꝛpoꝛeos thobie oculos ꝓſentialiter medicādo illuminaſti meos quoq; ſpirituales ⁊ carnales oculos illuſtra: ⁊ cunctas mei coꝛdis ⁊ coꝛpoꝛis tenebꝛas amputare celitus oꝛando ne deſeras Amen.

Benedicat me imperialis maieſtas: ꝓtegat me regalis diuinitas: cuſtodiat me ſempiterna deitas: foueat me gloꝛioſa vnitas. Defendat me immenſa trinitas: dirigat me ineſtimabilis bonitas: regat me potentia patris viuificet me ſapientia filii: illuminet me virtꝰ ſpiritus ſancti. Alpha et oo deus et homo ſit iſta benedictio michi ſalus ⁊ pꝛotectio in eternum. Amen.

A prayer to the holy ghoost.

Blessyd trinite fader / sone / and holy ghost: thre persones & one god. I bileue with myn herte and confesse with my mouthe all that holy chirche beleueth and holdeth of the and as moche as a good catholike and cristen man ought to kele and byleue of the and I proteste here tofore thy magestie that I wyl lyue and deye in thys fayth and cõtynue all my lyf and I knowleche the my god fader and maker of all the world ād me thy poore creature subgette and seruaūt and make to the faith and homage of my body and of my soule whyche I holde of the nobly / as of my souerayn lorde and god with alle the goodes naturell spirituell and temporell that I haue and that euer I hadde & that I entende to haue of the in this world here & in that other. And with alle my herte I remercy and thanke the. And in the sygne of recognysaunce and knowleche I paye to the thys lytell tribut on the mornyng and on the

euenyng that is that I adoure and worshyp the with herte and mouth in feyth in hope & in charite with this lytell oryson and prayer whiche alle only apperteyneth to thy blessid mageste seignourye and diuinite and humbly require the of thre thynges. The fyrst is mercy and forgyuenes of as many euylles & villayn synnes as I haue doon and commysed in tyme passed ayenst thy wylle. The second it please the to gyue grace that I may serue the and accomplysshe thy commaundementes wythout to renne ne to falle in to dedely synne. The thyrd is that at my deth & my grete nede thou wylt secoure me and gyue me grace that I may haue remembraunce of thy blessyd passion and cõtricion of my synnes / and that I maye deye in thyn holy feythe and fynably may come to the glorye eternall wyth all the sayntes of heuen. Amẽ

An other prayer to our lorde.

O Lord god almyghty all seynge al thynges knowyng / wysedom / and sapyence of alle I poore synner make this day in the spyte of the fende of hell protestacyon that yf of aduẽture by ony temptacyon / decepcyon /

or variacion/comyng by lorowe/paine/or sykenesse/or by ony feblenes of body or by ony other occasiō What someuer it be I fall or declyne in peryll of my soule or preiudice of my helthe or in errour of the holy fayth catolike. In whiche I was regenerate on the holy fōte of baptesme lord god in good mynde in whyche I hold me now by thy grace Wherof with all my herte I thanke the/ to that errour wyth my power I resiste & here renounce and of the same me confesse in protestyng that I wyl lyue and deye in the fayth of holy chyrche our moder and thyne espouse and in wytnesse of this confession and protestacyon. And in the despyte of the fēde of hell I offre the/the Credo: in whiche all verityte and trouth is conteyned. And to the I recōmende my soule/my feyth/my lyf/& my deth. Amē. Credo in deum patrem. &c.

¶ Sequuntur septem psalmi penitentiales.

An. Ne reminiscaris. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniã in-

firmus sum: sana me dñe qñ conturbata sūt
ossa mea [illegible]t anima mea turbata est valde:
sed tu dñe vsq; quo [illegible]onuertere dñe et eripe
aiam meā: saluum me fac p;opter miseric;-
diam tuam. [illegible]uoniam non est in mo;te qui
memo; sit tui: in inferno autem quis confite-
bitur tibi [illegible]abo;aui in gemitu meo lauabo
per singulas noctes lectum meū: lach;ymis
meis stratum meū rigabo [illegible]urbatus est a
furo;e oculus meus: inueteraui inter omnes
inimicos meos. [illegible]ilcedite a me oñs qui ope
ramini iniquitatem: qñ exaudiuit dominus
vocem fletus mei [illegible]xaudiuit dñs dep;ecati
onem meam: dñs o;ationem meam suscepit
[illegible]rubescant & conturbentur veheměter om
nes inimici mei: conuertant & erubescant val
de velociter [illegible]lo;ia patri & filio: & spiritui san
cto. [illegible]icut erat in p;incipio & nunc & semper:
& in secula seculo;um Amen. [illegible] Psalmus.
[illegible]Eati quo; remisse sunt iniquitates: et
[illegible]quo;um tecta sunt peccata. Beat9 vir
cui nō imputauit dominus peccatum: nec est
in spiritu eius dolus. [illegible]uoniā tacui inueterа
uerunt ossa mea: dū clamarē tota die. Quo-
niam die ac nocte grauata est super mē man9
tua: conuersus sum in erumna mea: dum cō-

figitur spina [illegible]elictum meū cognitū tibi fe
ci: ⁊ iniusticiam meā non abscondi. [illegible]ixi con
fitebor aduersum me iniusticiā meam dño:
⁊ tu remisisti impietatē peccati mei. [illegible]ro hac
orabit ad te ois sanctus: in tempore opportuno
[illegible]eruntamen in diluuio aquarum multarū
ad eum non approximabunt. [illegible]u es refugi-
um meū a tribulatione que circūdedit me: ex-
ultatio mea erue me a circūdantib⁹ me. [illegible]n-
tellectum tibi dabo ⁊ instruā te in via hac qua
gradieris firmabo super te oculos meos. [illegible]o-
lite fieri sicut equus ⁊ mulus: quibus non est
intellectus. [illegible]n chamo ⁊ freno maxillas eorū
constringe: qui non approximant ad te. [illegible]ul
ta flagella peccatoris: sperātem autem in do-
mino misericordia circūdabit. [illegible]etamini in
domino ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes
recti corde. [illegible]loria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui san-
cto. [illegible]icut erat in principio ⁊c. [illegible]Psalmus.

DOmine ne i furore tuo arguas me: ne
q3 in ira tua corripias me. Quoniam
sagitte tue infixe sunt michi: ⁊ confirmasti su
per me manum tuā. [illegible]on est sanitas in car-
ne mea: a facie ire tue non est pax ossibus me-
is a facie peccatorū meorum. [illegible]m iniquitates
mee supergresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus

graue grauate sunt super me [illegible]utruerunt ꝛ
corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiētie
mee [illegible]iser factus sum ꝛ curuatus sū vsqz in
finem: tota die cōtristatus ingrediebar. [illegible]ñ
lumbi mei impleti sunt illusionibus: ꝛ nō est
sanitas in carne mea [illegible]ffligtus sū ꝛ humili-
atus sū nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.
[illegible]ne ante te oīne desideriū meū: ꝛ gemit⁹ me
us a te nō est abscondit⁹ [illegible]or meū conturba
tū est dereliquit me virtus mea: ꝛ lumen ocu
lorum meorꝝ ꝛ ipm nō est mecū. [illegible]mici mei
ꝛ primi mei: aduersum me appropinquauer-
unt ꝛ steterunt [illegible]t qui iuxta me erant de lōge
steterūt: ꝛ vim faciebāt qui querebant ani
mam meā [illegible]t qui inquirebant mala michi lo
cuti sunt vanitates: et dolos tota die medita-
bantur [illegible]go autē tanq̄ surdus nō audiebā:
ꝛ sicut mutus nō aperiens os suū. [illegible]t factus
sum sicut homo nō audiens: ꝛ non habens in
ore suo redargutiones. [illegible]ñ in te dñe speraui:
tu exaudies me dñe de⁹ meus. [illegible]uia dixi ne
qñ supgaudeant michi inimici mei: ꝛ dū com-
mouētur pedes mei super me magna locuti
sunt [illegible]ñ ego in flagella paratus sum: ꝛ do-
lor meus in conspectu tuo semper. [illegible]ñ iniq-
tatem meam annunciabo: ꝛ cogitabo pro pec

cato meo. Inimici autē mei viuunt ⁊ confir
mati sunt sup̄ me: ⁊ multiplicati sunt qui ode
runt me inique. Qui retribuūt mala pro bo=
nis detrahebant michi: qm̄ sequebar bonita=
tem. Ne derelinquas me dn̄e deus meus: ne
discesseris a me. Intende in adiutoriū meū:
dn̄e deus salutis mee. Gloria pa. Psalmus.
Miserere mei deus: secundū magnā mi
sericordiā tuā. Et secundū multitudi
nem miserationū tuarꝝ: dele iniquitatē meā.
Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a pec=
cato meo munda me. Qm̄ iniquitatē meam
ego cognosco: ⁊ peccatum meū contra me est
semper. Tibi soli peccaui ⁊ malum coram te
feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis ⁊ vincas
cum iudicaris. Ecce enim in iniq̄tatibus cō=
ceptus sum: ⁊ in peccatis concepit me mater
mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta
⁊ occulta sapientie tue manifestasti michi.
Asperges me dn̄e hysopo ⁊ mundabor: laua
bis me ⁊ super niuē dealbabor. Auditui meo
dabis gaudiū ⁊ leticiam: ⁊ exultabūt ossa hu=
miliata. Auerte faciem tuā a peccatis meis:
⁊ om̄es iniquitates meas dele. Cor munduꝫ
crea in me deus: ⁊ spiritū rectū innoua in vi=
sceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: ⁊

spiritū sanctuz tuū ne auferas a me. Redde
michi leticiā salutaris tui: ⁊ spiritu principali
confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te cōuertent. Libera me de sangui-
nibus deus deus salutis mee: ⁊ exultabit lin-
gua mea iusticiā tuam. Dñe labia mea ape-
ries: ⁊ os meū annunciabit laudem tuā. Qm̄
si voluisses sacrificiū dedissem: vtiq; olocau-
stis non delectaberis. Sacrificiū deo spiritus
⁊ tribulatus: coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū deus nō
despicies. Benigne fac dñe in bona volunta
te tua syon: vt edificent muri hierusalē. Tūc
acceptabis sacrificiū iusticie oblationes ⁊ olo
causta: tunc imponent super altare tuū vitu-
los. Gloꝛia patri. Sicut erat. Psalmus. 101
Domine exaudi oꝛationē meam: ⁊ cla-
moꝛ meus ad te veniat. Non auertas
faciē tuā a me: in quacunq; die tribuloꝛ incli-
na ad me aurē tuā. In quacunq; die inuoca-
uero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt
sicut fumus dies mei: ⁊ ossa mea sicut cremi-
um aruerunt. Percussus sum vt fenū ⁊ aru-
it coꝛ meū: qꝛ oblitus sum comedere panē me
um. A voce gemitus mei adhesit os meum
carni mee. Similis factus sum pellicano soli
tudinis: factus sum sicut nycticoꝛax in domi

cilio. Vigilaui ⁊ factus sum sicut passer soli-
tarius in tecto. Tota die exprobrabāt michi
inimici mei: ⁊ qui laudabant me aduersū me
iurabant. Quia cinerē tanq̄ panē manducabā
⁊ potū meū cū fletu miscebā. A facie ire indi
gnatiōis tue: quia eleuans allisisti me. Dies
mei sicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego sicut fe-
num arui. Tu autē dñe in eternū pmanes ⁊
memoriale tuū in generatione ⁊ generationē
Tu exurgens dñe misereberis syon: qr tem-
pus miserendi eius quia venit tempus. Cm
placuerūt seruis tuis lapides eius: ⁊ terre ei⁹
miserebuntur. Et timebunt gentes nomen
tuum domine: ⁊ omnes reges terre gloriam
tuam. Quia edificauit dominus syon: ⁊ vi-
debitur in gloria sua. Respexit in orationem
humiliū: ⁊ non spreuit precē eor⁹. Scribātur
hec in generatione altera: ⁊ populus qui crea
bitur laudabit dñm. Quia prspexit de excelso
sancto suo: dñs de celo in terrā aspexit. Ut au
diret gemitus compeditor⁹: vt solueret filios
interemptor⁹. Ut annuncient in syon nomē
dñi: ⁊ laudem eius in hierusalem. In conue-
niendo populos in vnum: ⁊ reges vt seruiant
dño. Respondit ei in via virtutis sue: pauci-
tatem dier⁹ meor⁹ nuncia michi. Ne reuoces

me in dimidio dierꝝ meorꝝ: in generatiõe ⁊ ge
nerationẽ anni tui [illegible] nitio tu dñe terrã fun=
dasti: ⁊ opera manuum tuarꝝ sunt celi. [illegible] pli
peribunt tu autẽ permanes: ⁊ oñes sicut ve=
stimentũ veteraſcẽt [illegible] t sicut opertoriũ mu=
tabis eos ⁊ mutabuntur: tu autẽ idẽipse es ⁊
anni tui non deficient. [illegible] ilii seruorꝝ tuorum
habitabunt: ⁊ semen eorꝝ in seculum diriget.
[illegible] loria patri [illegible] icut erat. [illegible] Psalmus.
[illegible] E profundis clamaui ad te dñe: domi
[illegible] ne exaudi vocem meam [illegible] iãt aures
tue intendentes: in vocem deprecatiõis mee.
[illegible] i iniquitates obseruaueris dñe: domine qs
sustinebit [illegible] uia apud te propitiatio est: ⁊ p=
pter legem tuam sustinui te dñe [illegible] ustinuit
anima mea in verbo eius: sperauit aima mea
in domino [illegible] custodia matutina vsqꝝ ad no
ctem: speret israel in domino [illegible] uia apud do
minũ misericordia: ⁊ copiosa apud eũ redem
ptio [illegible] t ipse redimet israel: ex omnibus ini=
[illegible] quitatibus eius [illegible] loria pa. [illegible] ps.
[illegible] Omine exaudi oratiõnẽ meã: auribus
percipe obsecratiõnẽ meã in veritate tua: ex=
audi me in tua iusticia [illegible] tnõ intres in iudi=
ciũ cum seruo tuo: quia nõ iustificabit in conspe
ctu tuo omis viuẽs [illegible] uia persecutus est inimi

cus animā meā: humiliauit in terra vitā me-
am. Collocauit me in obscuris sicut mortu-
os seculi: ⁊ anxiatus est super me spiritus me
us/ in me turbatū est cor meū. Memor fui di
erum antiquorꝝ meditatus sum in oībus opi
bus tuis: in factis manuū tuarū meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea si-
cut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me
dñe: defecit spūs meus. Non auertas faciez
tuam a me: ⁊ similis ero descēdentib⁹ in lacū.
Auditam fac michi mane mīam tuā: qꝛ in
te speraui. Notam fac michi viā in qua am-
bulem: qꝛ ad te leuaui aīam meā. Eripe me
de inimicis meis dñe ad te cōfugi: doce me fa
cere voluntatē tuā qꝛ deus meus es tu. Spi-
ritus tuus bonus deducet me in terrā rectaz:
propter nomen tuū dñe viuificabis me in eq̄-
tate tua. Educes de tribulatione aīam meā:
⁊ in mīa tua disperdes om̄es inimicos meos.
Et perdes om̄es qui tribulant aīam meam
quoniā ego seruus tuus sum. Gloria pa Si
cut erat. An. Ne reminiscaris dñe delicta no-
stra vel parentum nostrorꝝ neqꝫ vindictā su-
mas de peccatis nostris. Parce dñe parce po-
pulo tuo quē redemisti precioso sanguine tuo
ne in eternū irascarꝫ nobis. Quindeci psalmi

[redacted]D dominū cum tribularer clamaui:
& exaudiuit me. [redacted]ñe libera animaz
meā a labiis iniquis & a lingua dolosa. [redacted]uid
detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguā
dolosam. [redacted]agitte potentis acute: cū carboni
bus desolatoriis. [redacted]eu michi qꝛ incolatus me
us prolongatus est: habitaui cum habitanti-
bus cedar: multū incola fuit aīa mea. [redacted]um
his qui oderūt pacē erā pacificus: cum loque-
bar illis impugnabāt me gratis. [redacted]loria. ps.
[redacted]Euaui oculos meos in montes: vnde
veniet auxiliū michi. [redacted]uxiliū meuz
a dño: qui fecit celū & terrā. [redacted]on det in cōmo
tionem pedē tuū: neqꝫ dormitet qui custodit
te. [redacted]cce nō dormitabit neqꝫ dormiet: qui cu-
stodit israel. [redacted]ñs custodit te dñs ꝓtectio tua
super manū dexterā tuā. [redacted]er diē sol nō vret
te: neqꝫ luna ꝑ noctē. [redacted]ñs custodit te ab omī
malo: custodiat aīam tuā dñs. [redacted]ñs custodi-
at introitum tuū & exitum tuū: ex hoc nunc &
vsqꝫ in seculum. [redacted]loria pa. [redacted] Psalmus.
[redacted]Etatus sum in his que dicta sunt mi-
chi: in domū dñi ibimus. [redacted]tātes erāt
pedes nostri in atriis tuis hierusalē. [redacted]ierusa
lem que edificatur vt ciuitas: cuius participa
tio eius in idipsum. [redacted]lluc enim ascenderunt

tribus tribus dñi: testimoniū israel ad confi-
tendū nomini dñi. quia illic sederūt sedes in
iudicio: sedes sup domū dauid. Rogate que
ad pacem sunt hierusalē: & abundātia diligē-
tibus te. fiat pax in virtute tua: & abundan
tia in turribus tuis. Propter fratres meos &
proximos meos: loquebar pacem de te. Pro
pter domū domini dei nri: quesiui bona tibi.
Gloria patri. Sicut erat. Psalmus.
Ad te leuaui oculos meos: qui habitas
in celis. Ecce sicut oculi seruor: i ma
nibus dominor suor. Sicut oculi ancille in
manibus dñe sue: ita oculi nostri ad dominū
deuz nostrū: donec misereat nostri. Miserere
nostri dñe miserere nostri: qz multū repleti su
mus despectiōe. quia multū repleta est aia
nostra: opprobriū abūdātibus & despectio su-
perbis. Gloria pa Sicut. Psalmus.
Nisi qz dñs erat in nobis dicat nūc isral:
nisi qz dñs erat in nobis. Cum exurgerēt ho
mines in nos: forte viuos deglutissent nos.
Cū iratscerel furor eor in nos: forsitan aqua
absorbuisset nos. Torrentē pertransiuit ani
ma nostra: forsitan ptrālisset aia nra aquam
intollerabilē. Benedictus dñs qui non dedit
nos in captiōe dentib⁹ eor. Anima nostra si

cut passer erepta est: de laqueo venantiū [redacted] a
queus cōtritus est: & nos liberati sumus [redacted] d
iutorium nostrū in nōie dñi: qui fecit celū & terrā
[redacted] loria patri [redacted] icut erat [redacted] Psalmus.
Qui confidunt in dño sicut mons syon
non cōmouebitur in eternū: qui habi-
tat in hierusalem. [redacted] ontes in circuitu eius &
dñs in circuitu populi sui: ex hoc nūc & vsq; in
seculum [redacted] uia nō relinquet dñs virgam pec
catorū super sortem iustorū: vt nō extendāt iu-
sti ad iniquitatē manus suas. [redacted] enefac dñe:
bonis & rectis corde. [redacted] eclinantes aūt in obli-
gatiōes adducet dñs cū operantibus iniqtatē
pax sup israel [redacted] loria pa. [redacted] icut. Psalmus.
[redacted] N conuertēdo dñs captiuitatē syon: fa
[redacted] cti sumus sicut cōsolati. [redacted] unc repletū
est gaudio os nostrū: & lingua nostra exultati-
one [redacted] unc dicent inter gētes: magnificauit
dñs facere cum eis. [redacted] agnificauit dñs facere
nobiscū: facti sumus letantes [redacted] onuertere
dñe captiuitatē nostrā: sicut torrens in austro
[redacted] ui seminat in lachrymis: in exultatiōe me
tent [redacted] untes ibant & flebant: mittētes semi-
na sua [redacted] eniētes autē veniēt cū exultatione:
[redacted] portātes manipulos suos [redacted] loria. ps
[redacted] Si dñs edificauerit domū: in vanū la-

borauerunt q̄ edificant eā. Nisi dn̄s custodi-
erit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eam
Vanum est vobis ante lucē surgere: surgite
postq̄ sederitis qui mādūcatis panē doloris.
Cum dederit dilectis suis somnū: ecce here-
ditas dn̄i filii merces fructus vētris. Sicut
sagitte in manu potētis: ita filii excussorum.
Beatus vir qui impleuit desideriū suū ex ip
sis: non confundetur cū loquetur inimicis su
is in porta. Gloria pa. Sicut erat. Psalmus
Beati om̄s qui timent dn̄m: qui ambu-
lant in viis eius. Labores manuū tua
rum qr manducabis: beatus es ⁊ bn̄ tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundās: in lateribꝰ do-
mus tue. Filii tui sicut nouelle oliuarꝝ: in cir
cuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo
qui timet dn̄m. Benedicat tibi dn̄s ex syon ⁊
videas bona hierusalē: oībus diebus vite tue
Et videas filios filiorꝝ tuorꝝ: pacē sup̄ israel
Sepe expugnauerunt. Gloria. p̄s.
me a iuuentute mea: dicat nunc israel
Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: ete
nim nō potuerūt michi. Supra dorsū meuz
fabricauerūt pctōres: ꝓlongauerūt iniq̄tatez
suā. Dn̄s iustus concidet ceruices pctōrꝝ: con
fundantur ⁊ cōuertant̄ retrorsū om̄es q̄ ode-

runt syō [illegible]iant sicut fenū tectoꝝ: qđ priusq̄
euellat̄ exaruit. [illegible]e quo nō impleuit manuꝫ
suā q̄ metet: ⁊ sinū suū q̄ manipulos colliget.
[illegible]t nō dixerunt q̄ p̄teribant bn̄dictio dn̄i sup
vos: bn̄diximus vobis in noīe dn̄i. [illegible]lia. ps.
De ꝓfundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e ex-
audi vocē meā. Fiant aures tue intē
dentes: in vocē dep̄catiōis mee. Si iniquita-
tes obseruauerꝫ dn̄e: dn̄e q̄s sustinebit. [illegible]uia
apud te ꝓpitiatio est: ⁊ ꝓpter legē tuā sustinui
te dn̄e. Sustinuit aīa mea in verbo eius: spe-
rauit aīa mea in dn̄o. A custodia matutina
vsq̄ ad noctē: speret israel in dn̄o. Oꝛ apud
dn̄m mīa: ⁊ copiosa apud eū redēptio. [illegible]t ip-
se redimet israel: ex oīb⁹ iniq̄tatib⁹ ei⁹. Glia.
Domine nō est exaltatū coꝛ meū: [ps.
neq̄ elati sunt oculi mei. Neq̄ ambu
laui in magnis: neq̄ in mirabilibus super me
Si non humiliter sentibam: sed exaltaui ani
mam meā. Sicut ablactatus est sup matre
sua: ita retributio in anima mea. Speret isra
el in domino: ex hoc nunc ⁊ vsq̄ in seculum.
Gloꝛia patri. Sicut erat. [illegible] Psalmus.
Memento dn̄e dauid: ⁊ omnis mansue
tudinis eius. Sicut iurauit dn̄o votū
vouit deo iacob. [illegible]i introiero in tabernaculū

domus mee: si ascēdero i lectū strati mei. Si
dedero somnū oculis meis: ⁊ palpebris meis
dormitationē Et requiē temporibus meis
donec inueniā locum dño: tabernaculuz deo
iacob Ecce audiuimus eā in effrata: inueni-
mus eam in campis silue Introibimus in
tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi
steterunt pedes eius Surge dñe in requiem
tuam: tu ⁊ archa sanctificationis tue Sacer
dotes tui induantur iusticiā: ⁊ sancti tui exul-
tent. Propter dauid seruū tuū: non auertas
faciem christi tui Iurauit dñs dauid verita
tem: ⁊ nō frustrabitur eum: de fructu ventris
tui ponam super sedē tuam Si custodierint
filii tui testamentū meum: ⁊ testimonia mea
hec que docebo eos. Et filii eorz vsqz in secu-
lum: sedebūt super sedem tuam Quōm elegit
dñs syon: elegit eam in habitationē sibi Hec
requies mea in seculū seculi: hic habitabo qm
elegi eā Viduā eius benedicens benedicam:
pauperes eius saturabo panibus Sacerdo-
tes eius induā salutari: ⁊ sancti eius exultatio
ne exultabunt Illuc producā cornu dauid:
paraui lucernā xpo meo Inimicos eius in-
duā cōfusione: sup ipm autem efflorebit sanc-
tificatio mea Gloria patri Sicut Psalmus.

Ecce q̄ bonū & q̄ iocundū: habitare fratres in vnū sicut vnguentū in capite quod descēdit in barbā barbā aaron. Quod descendit in ozā vestimenti eius: sicut ros hermon qui descēdit in montē syō. In illic mā dauit dñs bñdictionē: & vitā vsq; in seculum.

Ecce nunc bñdicite dñm Gloria. ps. oēs serui dñi Qui statis in domo dñi: in atriis domus dei nostri. In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominū bñdicat te dñs ex syō: q̄ fecit celum & terrā. Gloria. An. Ne reminiscaris. vts. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Christe audi nos. Pater de celis deus: miserere nobis. Fili redēptor mundi de⁹ miserere nobis. Spūs scte deus miserere nobis. Sctā trinitas vn⁹ de⁹ miserere nobis.

Sancta maria Ora pro nobis
Sancta dei genitrix Ora
Sancta virgo virginum Ora
Sancte michael Ora
Sancte gabriel Ora
Sancte raphael Ora
Omnes sancti angeli & archangeli Orate
Omnes sancti beatorū spirituū ordines Orate
Sancte iohannes baptista Ora

mnes sancti patriarche ⁊ prophete orate
ancte petre or
ancte paule or
ancte andrea or
ancte iohannes or
ancte iacobe or
ancte thoma or
ancte philippe or
ancte iacobe or
ancte mathee or
ancte bartholomee or
ancte symon or
ancte thadee or
ancte mathia or
ancte barnaba or
ancte marce or
ancte luca or
m̃es sancti apostoli ⁊ euãgeliste orate
m̃es sancti discipuli ⁊ innocẽtes orate
ancte stephane or
ancte line or
ancte clete or
ancte clemens or
ancte sixte or
ancte corneli or
ancte cypriane or

ancte laurenti [redacted] oꝛ
ancte vincenti [redacted] oꝛ
ancte cosma [redacted] oꝛ
ancte damiane [redacted] oꝛ
ancte fabiane [redacted] oꝛ
ancte sebastiane [redacted] oꝛ
ancte ꝓme [redacted] oꝛ
ancte feliciane [redacted] oꝛ
ancte thoma [redacted] oꝛ
ancte erasme [redacted] oꝛ
ancte edmunde [redacted] oꝛ
ancte christofoꝛe [redacted] oꝛ
ancte geoꝛgi [redacted] oꝛ
ancte blasi [redacted] oꝛ
ancte adꝛiane [redacted] oꝛ
ancte dyonisi cũ sociis tuis [redacted] oꝛ
ancte maurici cũ sociis tuis [redacted] oꝛ
ancte gereon cũ sociis tuis [redacted] oꝛ
mnes sancti martyꝛes [redacted] oꝛate
ancte edWarde [redacted] oꝛ
ancte siluester [redacted] oꝛ
ancte leo [redacted] oꝛ
ancte hieronyme [redacted] oꝛ
ancte augustine [redacted] oꝛ
ancte ambꝛosi [redacted] oꝛ
ancte gregoꝛi [redacted] oꝛ

ancte ilidoze [redacted] or
ancte iuliane [redacted] or
ancte gildarde [redacted] or
ancte medarde [redacted] or
ancte albine [redacted] or
ancte swithune [redacted] or
ancte birine [redacted] or
ancte lamberte [redacted] or
ancte martine [redacted] or
ancte anthoni [redacted] or
ancte nicolae [redacted] or
ancte leonarde [redacted] or
ancte erkenwalde [redacted] or
ancte edmunde [redacted] or
ancte benedicte [redacted] or
ancte dunstane [redacted] or
ancte cuthberte [redacted] or
mnes sancti confessozes [redacted] orate
ēs scti monachi & heremite [redacted] orate
ancta maria magdalena [redacted] or
ancta maria egypciaca [redacted] or
ancta anna [redacted] or
ancta katherina [redacted] or
ancta margareta [redacted] or
ancta perpetua [redacted] or
ancta felicitas [redacted] or

ancta genouefa [redacted] or
ancta praxedis [redacted] or
ancta scolastica [redacted] or
ancta petronilla [redacted] or
ancta lotheris [redacted] or
ancta prisca [redacted] or
ancta tecla [redacted] or
ancta affra [redacted] or
ancta editha [redacted] or
ancta barbara [redacted] or
ancta helena [redacted] or
ancta appolonia [redacted] or
ancta agatha [redacted] or
ancta lucia [redacted] or
ancta agnes [redacted] or
ancta christina [redacted] or
ancta sytha [redacted] or
ancta cecilia [redacted] or
ancta Wenefreda [redacted] or
ancta fredisWida [redacted] or
ancta ghertrudis [redacted] or
ancta othilia [redacted] or
ancta brigitta [redacted] or
ancta vrsula cũ sodalibus tuis [redacted] or
ancta Wilgefortis [redacted] or
mnes sancte virgines [redacted] orate

[redacted]mnes sancte vidue ⁊ cõtinentes [redacted] orate
[redacted]mnes sancti ⁊ sancte dei [redacted] orate
[redacted]ropitius esto: parce nobis dñe. [redacted]b omni
malo: libera nos dñe. [redacted]b insidiis dyaboli: li.
[redacted]dãnatiõe perpetua: li. [redacted]b imminẽtibus
peccatoꝝ nostroꝝ piculis: li. [redacted]b infestationi
bus demonũ: li. [redacted]spũ fornicationis: li. [redacted]b
appetitu inanis glorie: li. [redacted]b oñi immundi
cia mentis ⁊ corporis: li. [redacted]b ira ⁊ odio ⁊ oñi
mala voluntate: li. [redacted]b immundis cogitati-
onibus: li. [redacted]cecitate cordis: li. [redacted]fulgure ⁊
tempestate: li. [redacted]subitanea ⁊ improuisa mor
te: li. [redacted]er mysteriũ sancte incarnationis tue:
li. [redacted]er natiuitatẽ tuam: li. [redacted]er sanctam cir-
cumsionẽ tuam: li. [redacted]er baptismũ tuum: libe.
[redacted]er ieiuniũ tuũ: li. [redacted]er crucẽ ⁊ passionẽ tu-
am: li. [redacted]er preciosam mortem tuã: lib. [redacted]er
gloriosam resurrectionẽ tuã: li. [redacted]er admira-
bilem ascẽsionem tuam: li. [redacted]er gratiam san
cti spiritus paraclyti: li. [redacted]n hora mortis: suc-
curre nobis dñe. [redacted]n die iudicii: libera nos d.
[redacted]ctõres. Te rogamus audi nos. [redacted]t pacem
nobis dones: te rog. [redacted]t mia tua ⁊ pietas tua
nos semp custodiat: te ro. [redacted]t ecclesiã tuã re-
gere ac defensare digneris: te ro. [redacted]t domnũ
apostolicũ ⁊ oẽs gradus ecclesie in tua sancta

religione conseruare digneris: te ro. [illegible]t regi
nostro & principibus nostris pacē & verā cōcor-
diam atq; victoriā donare digneris: te ro. [illegible]t
epos & abbates nostros & oēs congregationes il
lis cōmissas in scta religiōe conseruare digneris:
te ro. [illegible]t congregatiōes oim sanctor̄ in tuo ser
uitio conseruare digneris: te ro. [illegible]t cunctū po-
pulum xpianū pretioso sanguine tuo redem-
ptum conseruare digneris: te ro. [illegible]t oibus bñ-
factoribus nostris sempiterna bona retribu-
as: te ro. [illegible]t alas nostras & parentū nostrorū
ab eterna damnatiōe eripias: te ro. [illegible]t fructus
terre dare & conseruare digneris: te ro. [illegible]t oculos
mie tue sup nos reducere digneris: te ro. [illegible]t
obsequiū seruitutis nostre rationabile facias
te ro. [illegible]t mētes nostras ad celestia desideria
erigas: te ro. [illegible]t miserias paupeꝝ & captiuo-
rum intueri & releuare digneris: te ro. [illegible]t oibꝰ
fidelibꝰ viuis ac defūctis requiē eternā dōnes
te ro. [illegible]t nos exaudire digneris: te roga. [illegible]li
dei: te ro [illegible]gnus dei q̄ tollis pcta mūdi: exau
di nos dñe. [illegible]gnus dei qui tollis pcta mūdi:
parce nobis dñe. [illegible]gnus dei qui tollis pecca-
ta mūdi miserere nobis. [illegible]yrieleyson. [illegible]pe
leyson. [illegible]yrieleyson. Pat noster. Aue maria.
[illegible]t ne nos inducas i temptationē. Sed libe-

ra nos a malo ostende nobis dñe miam tuã
Et salutare tuum da nobis. Et veniat super
nos mia tua dñe. Salutare tuũ secundũ elo-
quiũ tuũ. Peccauimus cũ patribus nostris.
Iniuste egimus iniquitatẽ fecim⁹ ñe non
secũm peccata nostra facias nobis. Neq; secũm
iniq̃tates nostras retribuas nobis. Oremus
pro oñi gradu ecclesie. Sacerdotes tui indu-
antur iustriciã & sancti tui exultẽt. Pro fratri-
bus & sororibus nostr̃. Saluos fac seruos tu-
os & ancillas tuas deus meus sperantes in te.
Oremus pro cuncto populo chriſtiano. Sal-
uum fac populum tuũ dñe & benedic hereditati
tue & rege eos & extolle illos vsq; in eternũ
Domine fiat pax in virtute tua. Et abundã
tia in turribus tuis. Domine famulor̃ famu
larumq; tuarum requiescant in pace. Amen.
Domine exaudi orationẽ meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus:
DEus cui proprium est misereri semp
& parcere suscipe deprecatiõem nostrã
vt quos delictorum cathena constringit mise
ratio tue pietatis absoluat. Per.
OMps sempiterne de⁹ q̃ facis mirabilia
magna solus prętende sup famulos tu
os põtifices & super cũctas cõgregatiões illis

commissas spiritū gratie salutaris ⁊ vt in ve-
ritate tibi complaceant perpetuū eis rorē tue
[redacted] Eus qui [redacted] benedictionis infunde.
[redacted] charitatis dona per gratiā sancti spiri-
tus tuor cordib⁹ fideliū infundis: da famu-
lis ⁊ famulabus tuis pro qbus tuā depcamur
clementiā salutē mentis ⁊ corporis: vt te tota
virtute diligāt: ⁊ que tibi placita sūt tota dile-
[redacted] Eus a quo sancta de- [redacted] ctiōe pficiant.
[redacted] sideria recta consilia ⁊ iusta sunt opera
da seruis tuis illam quā mundus dare nō po
test pacē: vt ⁊ corda nostra mādatis tuis dedi
ta ⁊ hostium sublata formidine tempora sint
[redacted] tua protectione tranquilla. Per
[redacted] Neffabilē miam tuā qs dñe nobis cle-
mēter ostēde vt simul nos a pctis oib⁹ exuas:
⁊ a penis quas pro his meremur benign⁹ eri-
[redacted] Jdeliū deus omniū cō- [redacted] pias. Per.
[redacted] ditor ⁊ redemptor aiabus omniū fide
lium defunctorū remissionē cunctorū tribue
pctōr: vt indulgentiā quā semp optauerunt
piis supplicationibus consequantur. Qui vi.
[redacted] etate tua qs dñe nostrorum soluevin
[redacted] cula omniū delictor ⁊ intercedēte bea-
ta et gloriosa semperq virgine dei genitrice
maria cū omnibus sanctis tuis nos famulos

tuos ⁊ oẽm populum catholicũ in oñi sancti-
tate custodi oẽsq; 2 sanguinitate ac familiari-
tate vel confessione ⁊ oratione nobis iunctos
seu oñs xp̃ianos a viciis purga virtutibus il
lustra/ pacẽ ⁊ salutẽ nobis tribue/ hostes visi-
biles ⁊ inuisibiles remoue pestẽ ⁊ famẽ repel-
le/ amicis ⁊ inimicis nostris charitatẽ largire
⁊ oibus fidelibus viuis ac defunctis in terra
viuentiũ vitã ⁊ requiẽ eternã cõcede.

Per hoc omniũ sctõr angelor archan
gelor patriarchar prophetar apostо-
lor euãgelistar martyr cõfessor atq; virgi-
num ⁊ oĩm elector merita intercessiões orati
ones ⁊ suffragia clementissime deus infunde
cordibus nostris fontẽq; lachrymar vt possi
mus reatũ cõscientie nostre pfecte cognosce-
re valeamus corã te delicta facinor nostrorũ
⁊ cõmissa fideliter acculare: ⁊ de eis tua mise-
ricordia prestãte veniã perfectã habere. Per.

Versus sancti bernardi.

Illumina oculos meos ne vnq̃ obdor-
miã in morte: neq; dicat inimicus me-
us prevalui aduersus eum. In manus tuas
dñe cõmendo spiritũ meũ: redemisti me dñe
deus veritatis. Occultus sum in lingua mea
notũ fac michi dñe finẽ meũ. Et numer di-

erum meorũ quis est: vt sciam quid desit mi-
chi. Dirupisti dñe vincula mea: tibi sacrifica
bo hostiã laudis ⁊ nomen dñi inuocabo. Ce-
riit fuga a me: et nõ est qui requirat animam
meã. Clamaui ad te domine: dixi tu es spes
mea porcio mea in terra viuentiũ. Fac me-
cum signum in bono vt videant qui oderunt
me ⁊ confundantur: qm̃ tu dñe adiuuisti me
⁊ ꝯsolatus es me.
Iesu fili dei oim cõditor adiuua me vt inva-
nis cogitatiõibus nõ delecter. Pater nr̃: Aue.
Iesu fili dei qui corã iudice tacuisti/tene lin-
guam meam donec cogitem qualiter ⁊ quid
loquar. Pater noster. Aue maria.
Iesu fili dei qui ligatus fuisti: rege manꝰ me
as et omnia membra mea vt opera mea ten-
dent ad bonum finẽ. Pater noster. Aue ma.
Titulus triumphalis iesus nazarenus rex iu
deorũ crucifixus. Ecce viuifice cru Acis do-
minicũ signũ fugite partes aduerse: vicit leo
de tribu iuda radix dauid alleluya alleluya al
leluya. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieley-
son: Pater noster. Aue maria. Credo in deũ.
Et ne nos inducas in temptationẽ. Sed libe-
ra nos a malo. Esto nobis dñe turris fortitu-
dinis. A facie inimici. Dñe exaudi orationem

meam. Et clamor meus ad te veniat. Orem⁹

OMnipotens sempiterne deus parce me tuentibus propitiare supplicãtibus: vt post noxios ignes imbrium ⁊ vim procellarũ in materiam tue laudis transeat communicatio potestatis. Et per hec etiam verba dei que tonantia vel audita pericula fulguris amouentur. A signis celi ne timueritis: que gentes timent quia ego vobiscum sum dominus deus vester. Amen.

DEto domine iesu christe largire michi in amore tuo modum sine mensura: effectum sine modo: languorem sine ordine: ardorem sine discretione. Amen.

DOmine iesu christe ego cognosco me grauiter peccasse: ⁊ volo me emendare per gratiam tuam. Miserere mei propter amaram passionem tuam Amen. Pater noster. Aue maria. Credo in deum. ⁊c.

Sequuntur vigilie mortuorum.

Antiphona. Placebo. Psalmus.

Dilexi quoniã exaudiet dñs: vo-
cem deprecationis mee. Quia inclinauit aurẽ suã michi: Et in diebus meis

inuocabo. [redacted]ircundederũt me dolores mortis
& pericula inferni inuenerũt me [redacted]tribulatio
nem & dolorem inueni: & nomẽ dñi inuocaui.
[redacted]dñe libera aiam meã misericors dñs & iu-
stus: & deus noster miserebit. [redacted]ustodiens par-
uulos dñs: humiliatus sũ & liberauit me. [redacted]ō
uertere aia mea in requiẽ tuã: qr dñs benefe-
cit tibi. [redacted]uia eripuit aiaz meã de morte: ocu-
los meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.
[redacted]lacebo dño: i regione viuor. [redacted]equiẽ eter
nam dona eis domine: & lux perpetua luceat
eis. An. Placebo dño in regione viuorũ. An.
[redacted]D dñm cũ tribularer clamaui: & exau
diuit me. [redacted]ñe libera aiam meã a la-
biis iniquis & a lingua dolosa. [redacted]uid detur ti-
bi aut quid apponat tibi: ad linguã dolosam.
[redacted]agitte potẽtis acute: cũ carbonibus desola
torius. [redacted]eu michi qr incolatus meus plõga-
tus est: habitaui cũ habitãtib9 cedar multum
incola fuit aia mea. [redacted]cũ his q̃ oderũt pacem
erã pacificus cũ loquebar illis impugnabant
me gratis. [redacted]equiẽ eter. &c. An. Heu me qr in
colatus meus prolongatus est. An. Dñs. ps.
[redacted]Euaui oculos meos in montes: vnde
[redacted]veniet auxiliũ michi. [redacted]uxiliũ meũ a
dño: qui fecit celũ & terrã. [redacted]on det in cõmoti

onem pedē tuū: neq̄ dormitet qui custodit te.
Ecce nō dormitabit neq̄ dormiet: q̄ custodit
israel. Dñs custodit te dñs protectio tua sup
manū dexterā tuā. Per diē sol nō vret te: ne-
q̄ luna per noctē. Dñs custodit te ab oñi ma
lo: custodiat aiam tuā dñs. Dñs custodit in
troitū tuū ⁊ exitū tuū: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in secu
lum. Requiē. An. Dñs custodit te ab oi malo
custodiat aiam tuā dñs. An. Si iniq̄tates. ps
DE pfundis clamaui ad te dñe: dñe ex-
audi vocē meā fiant aures tue intē
dentes: in vocē deprecationis mee Si iniqui
tates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est: ⁊ ppter legē tu-
am sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in
verbo eius: sperauit aima mea in dño A cu-
stodia matutina vsq̄ ad noctem: speret israel
in dño Quia apud dñm misericordia: ⁊ copi
osa apud eū redemptio. Et ipse redimet isra
el: ex oñibus iniquitatibus eius Requiem.
An. Si iniquitates obseruaueris dñe dñe q̄s
sustinebit. An. Opera. Psalmus.
COnfitebor tibi dñe in toto corde meo:
qñ audisti verba oris mei In conspe
ctu angelorum psallam tibi: adorabo ad tem
plum sanctum tuū ⁊ confitebor nomini tuo.

super mia tua ⁊ veritate tua: qñ magnificasti super omne nomen sanctū tuū. In qua cunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aīma mea virtutē. Confiteant tibi dñe omnes reges terre: quia audierunt oīa verba oris tui. Et cantent in viis domini: qñ magna est gloria dñi. Quoniam excelsus dñs ⁊ humilia respicit: ⁊ alta a lōge cognoscit. Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me: ⁊ super iram inimicoꝝ meoꝝ extendisti manū tuam: ⁊ saluū me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me dñe misericordia tua i seculum: opera manuum tuaꝝ ne despicias.

℟. Requiē eternā dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine aīmas eoꝝ. An. Audiui. Canticū beate [marie.

Magnificat anima mea dominū. Et exultauit spiritus meus: i deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicēt oīes generationes. Quia fecit michi magna qui potēs est: ⁊ sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit humiles.

Esuriẽtes impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit
manes. Suscepit israel puerum suũ: recorda
tus misericordie sue. Sicut locutus est ad pa
tres nostros: abraham ⁊ semini eius in secula
Requiẽ. An. Audiui vocẽ de celo dicentẽ be-
ati mortui q̃ in dño moriunt. Kyrieleysõ. Xp̃e
leyson. Kyrieleyson. Pater nr̃. Aue ma. ℣ ps.
Lauda aĩa mea dñm laudabo dñm in
vita mea: psallã deo meo q̃ diu fuero.
Nolite cõfidere in principib⁹: ĩ filiis hoĩm in
q̃bus nõ est salus. Exibit spũs eius ⁊ reuerte
tur in terrã suã: in illa die ꝑibunt oẽs cogitati
ones eorꝝ. Datus cui⁹ deus iacob adiutor ei⁹
spes eius in dño deo ipsi⁹ qui fecit celũ ⁊ terrã:
mare ⁊ oĩa que in eis sũt. Qui custodit verita
tem in seculũ facit iudiciũ iniuriã patiẽtibus
dat escã esuriẽtibus. Dñs soluit compeditos
dñs illumiat cecos. Dñs erigit elisos: dñs di-
ligit iustos. Dñs custodit aduenas pupilluz
⁊ viduã suscipiet: ⁊ vias pctõꝝ disperdet. Re
gnabit dñs in secula deus tuus syon: in gene-
ratiõe ⁊ generationẽ. Requiẽ eternã dona eis
dñe. Et lux ꝑpetua luceat eis. ℣. A porta infe-
ri. ℟. Erue dñe aĩas eorꝝ. ℣. Credo videre bo-
na dñi. ℟. In terra viuentiũ. Dñe exaudi ora-
tionẽ meã. Et clamor meus ad. Oremus.

Deus cui ꝓpriũ est misereri semꝑ ⁊ parcere te supplices deꝑcamur ꝑ aĩma famuli tui N. quã hodie de hoc seculo migrare iussisti vt nõ tradas eã in manus inimici nec obliuiscaris in finẽ sed iubeas illã ab angelis sanctis suscipi atq; ad regionẽ viuoꝝ ꝑduci ⁊ qꝛ in te sperauit ⁊ credidit sctõꝝ tuoꝝ mereat

Deus cui ꝓpriũ est societate letari. misereri semꝑ et parcere ꝓpitiare aĩabus famuloꝝ famularũq; tuarũ ⁊ om̃ia eorũ peccata dimitte/ vt mortis vinculis absoluti transire mereant ad vitam.

Deus indulgentiaꝝ dñe da aĩe famuli vel famule tue N. cui⁹ anniuersariũ depositionis diẽ cõmemoramus refrigerii sedẽ/ q̃etis beatidinẽ/ luminis claritatem. Per.

Deus q̃ inter apostolicos sacerdotes famulos tuos põtificali dignitate cẽseri fecisti: ꝑsta q̃s vt quoꝝ vicẽ ad horã gerebant in terris eoꝝ ꝑpetuo cõsortio letent in celis.

Deus venie largitor ⁊ humane salutis amator q̃s clementiã tuã vt nostrarũ cõgregationũ fratres ⁊ sorores q̃ ex hoc seculo transierũt intercedẽte beata maria semperq; virgine ⁊ beato michaele archãgelo cũ omnibus sanctis tuis ad ꝑpetue beatitudinis cõ-

sortium peruenire concedas.

Fidelium deus omniũ conditor ⁊ redẽptor aĩabus omniũ fideliũ defunctorꝝ remissionẽ cunctorꝝ tribue pctõrꝝ: vt indulgẽtiam quã semp optauerũt piis supplicationibus consequantur. Qui viuis ⁊ regnas deus Per om̃ia secula seculorꝝ. An. Dirige. ps.

Verba mea auribus percipe dñe: intellige clamorẽ meũ. Intende voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus. Qm̃ ad te orabo dñe: mane exaudies vocẽ meã. Mane astabo tibi ⁊ videbo: qm̃ nõ deus volens iniq̃tatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; ꝑmanebũt iniusti ante oculos tuos. Odisti om̃es qui operant̃ iniquitatẽ: perdes om̃s qui loquunt̃ mendaciũ. Virꝝ sanguinũ ⁊ dolosum abominabit̃ dñs: ego autẽ in multitudine misericordie tue. Introibo ĩ domũ tuam: adorabo ad templũ sctm̃ tuũ in timore tuo. Dñe deduc me in iusticia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viã meã. Qm̃ non est in ore eorꝝ veritas: cor eorꝝ vanũ est. Sepulchrꝝ patens est guttur eorꝝ linguis suis dolose agebant: iudica illos deus. Decidant a cogitatiõibus suis secundũ multitudinem impietatũ eorꝝ expelle eos: qm̃ irritaue-

runt te dñe. [illegible]t letent oñes qui sperant in te in eternū exultabūt ⁊ habitabis i eis [illegible]t gloriabunt in te omes qui diligūt nomen tuum: qm̄ tu bñdices iusto dñe vt scuto: bone voluntatis tue coronasti nos. Requiē. An. Dirige dñe deus meus in conspectu tuo viam meam. An. Conuertere domine. Psalmus

DOmine ne i furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. [illegible]iserere mei dñe qm̄ infirmus sum: sana me dñe qm̄ turbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu dñe vsq; quo. Conuertere dñe ⁊ eripe aiam meam: saluum me fac propter misericordiā tuā. Qm̄ nō est in morte qui memor sit tui: in inferno autē quis cōfitebitur tibi. [illegible]laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectu meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: mueteraui inter oñes inimicos meos. Discedite a me oñs qui operamini iniquitatē: qm̄ exaudiuit dñs vocem fletus mei [illegible]xaudiuit dñs deprecationē meā: dñs orationē meam suscepit. [illegible]rubescant et conturbentur vehemēter oēs inimici mei: cōuertantur ⁊ erubescant valde velociter. Requiem eternam do. An. Cōuertere domine ⁊

eripe aiam meam qm̄ nō est in morte qui me
mor sit tui. An. Nequando. [redacted] Psalmus.
Domine deus meus in te speraui saluū
me fac: ex oībus persequētibus me ⁊ li
bera me. [redacted]e qn̄ rapiat vt leo aiam meā: duz
non est qui redimat neq; q̄ saluū faciat. Dn̄e
deus meus si feci istud: si est iniquitas in ma-
nibus meis. Si reddidi retribuētibus michi
mala: decidā merito ab inimicis meis inanis
Persequat̄ inimicus aiam meā ⁊ cōprehen-
dat ⁊ ꝯculcet in terra vitā meā: ⁊ gloriā meaz
in puluerē deducat. [redacted]xurge dn̄e in ira tua: ⁊
exaltare in finibus inimicoꝝ meoꝝ. Et exur-
ge dn̄e deus meus in precepto quod mādasti:
⁊ synagoga populoꝝ circūdabit te. Et ꝓpter
hanc in altū regredere: dn̄s iudicat populos.
Iudica me dn̄e secundū iusticiā meā: ⁊ scd̄m
innocentiā meaz sup me. Consumet̄ neq̄cia
pctōꝝ ⁊ diriges iustum: scrutās corda ⁊ renes
deus. Iustū adiutoriū meū a dn̄o: qui saluos
facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis ⁊
patiens: nunquid irascitur per singulos dies.
Nisi cōuersi fueritis gladium suū vibrauit:
arcum suum tetendit ⁊ parauit illū. Et in eo
parauit vasa mortis: sagittas suas ardētibus
effecit. Ecce parturit iniusticiā cōcepit dolo-

rem: ⁊ peperit iniquitatē. Lacū aperuit ⁊ effodit eū: ⁊ incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: ⁊ in verticem ipius iniqtas eius descēdet. Confitebor dño secm iusticiā eius: ⁊ psallam nomini dñi altissimi. Requiē. An. Neqñ rapiat vt leo aiam meā dū non est qui redimat neq; qui saluum faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eorum. Pater noster. Aue maria. Et ne nos inducas in tēptationē. Sed libera. Lectio. i.

PArce michi dñe: nichil enim sunt dies mei Quid est homo q magnificas eū aut quid apponis erga eū cor tuū: Visitas eū diluculo: ⁊ subito ꝓbas illū. Vsq; quo nō parcis michi: nec dimittis me vt glutiam saliuā meā: Peccaui. Quid faciā tibi o custos hoim Quare posuisti me cōtrariū tibi: ⁊ factus sum michimetipli grauis: Cur nō tollis pctm̄ meum ⁊ quare nō aufers iniquitatē meam: Ecce nunc in puluere dormio: ⁊ si mane me quesieris nō subsistā ℟. Credo q redēptor meus viuit ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deū saluatorē meū. ℣. Quē visurus sū ego ipse ⁊ nō alius ⁊ oculi mei cōspecturi sunt. Et in carne mea videbo deū saluatorē meū. Lectio secunda.

[redacted]Edet anima mea vite mee: dimittaz
aduersum me eloquiū meū. Loquar
in amaritudine aie mee dicā deo noli me con-
dēnare. Indica michi cur me ita iudices: Nū
quid bonū tibi videtur si calumnieris & oppri
mas me opus manuū tuarum & consiliū im-
piorum adiuues: Nunquid oculi carnei tibi
sunt: aut sicut videt homo & tu vides: Nun-
quid sicut dies hominis dies tui & anni tui sicut
humana sunt tempora: Vt queras iniquita-
tem meā & peccatum meū scruteris. Et scias
quia nichil impiū fecerim cū sit nemo qui de
manu tua possit eruere. ℣. Qui lazar resusci
tasti a monumēto fetidū. Tu eis dñe dona re
quiem & locū indulgentie. ℟. Qui vēturus est
iudicare viuos & mortuos & seculuz per ignē.
Tu eis dñe dona requiē & locū idulgetie. L. iii
[redacted]Anus tue dñe fecerunt me & plasma-
uerunt me totū in circuitu: & sic repen-
te precipitas me. Memento quelo q̄ sicut lu-
tum feceris me & in puluerē reduces me. Nōn
ne sicut lac mulsisti me & sicut caseum me coa
gulasti: Pelle & carnibus vestisti me: ossibus
& neruis cōpegisti me. Vitā & miam tribuisti
michi & visitatio tua custodiuit spm̄ meum.
℣. Dñe q̄n veneris iudicare terrā vbi me ab-

scondam a vultu ire tue. Qz peccaui nimis in vita mea. ℣. Cõmissa mea pauesco ⁊ ante te erubesco dñe veneris iudicare noli me ꝙdẽnare. Quia peccaui nimis in vita mea. An. In [illegible]Dominus regit me ⁊ nichil [loco. ps. michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. [illegible]per aquã refectiõis educauit me aiam meã cõuertit. [illegible]eduxit me super semitas iusticie: propter nomen suũ. [illegible]am ⁊ si ambulauero in medio vmbre mortis: nõ timebo mala qm̃ tu mecum es. [illegible]irga tua ⁊ baculus tuus ipsa me ꝙsolata sunt. [illegible]parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me. [illegible]mpinguasti in oleo caput meũ: ⁊ calix meus inebrians q̃ preclarus est. [illegible]t mia tua subsequetur me: oibus diebus vite mee. [illegible]t vt inhabitẽ in domo dñi: in longitudinẽ dierz. [illegible]equiem eternã. An. In loco pascue ibi me collocauit. An. Delicta. [illegible]t Psalmus. [illegible]D te dñe leuaui aiam meã: deus me' in te confido non erubescã. [illegible]eqz irrideant me inimici mei: etenim vniuersi q̃ sustinent te nõ cõfundentur. [illegible]onfundant omnes iniqua agẽtes: superuacue. [illegible]ias tuas domine demõstra michi: ⁊ semitas tuas edoce me. [illegible]irige me in veritate tua ⁊ doce me / quia tu

es deus saluator meus / ⁊ te sustinui tota die.
Reminiscere miserationū tuarꝝ dñe: ⁊ mise-
ricordiarꝝ tuarꝝ que a seculo sūt. Delicta iuuē
tutis mee ⁊ ignorātias meas: ne memineris.
Secundū mīam tuā memēto mei: ꝓpter bo
nitatē tuā dñe. Dulcis ⁊ rectus dñs: ꝓpter
hoc legē dabit delinquētibus in via. Diriget
māsuetos in iudicio: docebit mites vias suas
Uniuerse vie dñi mīa ⁊ veritas: req̄rentibus
testamentū eius ⁊ testimonia eius. Propter
nomen tuū dñe ꝓpiciaberis pctō meo: multū
est enim. Quis est homo q̄ timet dñm: legez
statuit ei in via quā elegit. Anima eiꝰ in bo-
nis demorabit: ⁊ semen eiꝰ hereditabit terrā.
Firmamentū est dñs timentibꝰ eū: ⁊ testa-
mentū ipius vt manifestetur illis. Oculi mei
semꝑ ad dñm: qm̄ ipe euellet de laqueo pedes
meos. Respice in me ⁊ miserere mei: qꝛ vni-
cus ⁊ pauꝑ sū ego. Tribulatiōes cordis mei
multiplicate sūt: de necessitatibus meis erue
me. Vide humilitatē meā ⁊ laborē meū: ⁊ di
mitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos
meos qm̄ multiplicati sūt: ⁊ odio iniquo ode-
runt me. Custodi aīam meā ⁊ erue me: non
erubescā qm̄ speraui in te. Innocētes ⁊ recti
adheserūt michi: qꝛ sustinui te. Libera deus

israel: ex oībus tribulatiōibus suis. Requiē.
An. Delicta iuuētutis mee ⁊ ignorantias me
as ne memineris dñe. An. Credo videre. ps.
Dominus illumiatio mea: ⁊ salus mea
quē timebo. Dñs protector vite mee:
a quo trepidabo. Dum appropiāt sup me no
centes: vt edāt carnes meas. Qui tribulant
me inimici mei: ipi infirmati sūt et ceciderūt
Si consistant aduersū me castra: nō timebit
cor meū. Si exurgat aduersū me pliū: in hoc
ego sperabo. Unam petii a dño hanc requirā
vt inhabitē ī domo dñi oīb⁹ diebus vite mee
Et videā volūtatē dñi: et visitē tēplum eius
Quoniā abscondit me in tabernaculo suo in
die malorū protexit me in abscōdito taberna-
culi sui. In petra exaltauit me: ⁊ nūc exalta-
uit caput meū sup inimicos meos. Circuiui
⁊ immolaui in tabernaculo eius: hostiā voci-
feratiōis cātabo ⁊ psalmū dicā dño Exaudi
dñe vocē meam qua clamaui ad te: miserere
mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit cor meū exquisi
uit te facies mea: faciē tuā dñe requirā. Non
auertas faciē tuā a me: ne declines in ira a ser-
uo tuo. Adiutor me⁹ esto ne derelinquas me
neq; despicias me de⁹ salutar' meus. Quoniam pa
ter meus ⁊ mater mea dereliquerūt me: dñs

autē assumpsit me [redacted]egē pone michi dñe in
via tua ⁊ dirige me in semita recta: ꝓpter ini-
micos meos. [redacted]e tradideris me in aīmas tri
bulantiū me qm̄ insurrexerūt in me testes ini
qui: ⁊ mentita est iniquitas sibi. [redacted]redo vide
re bona dñi: in terra viuentiū. [redacted]xpecta dñm
viriliter age: confortet cor tuū ⁊ sustine dñm.
[redacted]equiē. An. Credo videre bona dñi in terra
viuentiū. ℣. In memoria eterna erit iust⁹. ℟.
Ab auditiōe mala nō timebit. Pr̄ nr̄. Lec. iii.
[redacted] Tantas habeo iniquitates ⁊ pctā sce-
lera mea atq; delicta ostēde michi Cur
facie tuā abscōdis ⁊ arbitraris me inimicū tu
um: Contra foliū qđ vento rapitur ostendis
potentiā tuā ⁊ stipulam siccā ꝓsequer̄. Scri-
bis enim cōtra me amaritudines ⁊ cōsumere
me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in
nervo pedē meum ⁊ obseruasti oīes semitas
meas ⁊ vestigia pedū meor̄ cōsiderasti. Qui
quasi putredo consumēdus sum ⁊ quasi vesti
mentū qđ comedit a tinea. ℟. Heu michi dñe
qr̄ peccaui nimis in vita mea quid faciā miser
vbi fugiā nisi ad te deus meus miserere mei.
Dū veneris in nouissimo die. ℣. Alia mea tur
bata est valde sed tu dñe succurre ei. Dum ve
neris in nouissimo die. [redacted] Lectio quinta.

Homo natus de muliere breui viuēs tē
pore replet multis miseriis. Qui qua-
si flos egredit ⁊ ꝯteritur ⁊ fugit velut vmbra
⁊ nunq̄ in eodē statu permanet. Et dignū du
cis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et
adducere eum tecū in iudiciū. Quis potest fa
cere mundū de immundo cōceptum semine:
nonne tu qui solus es? Breues dies hominis
sunt: numerus mensiū eius apud te est. Con-
stituisti terminos eius qui preteriri non pote
runt. Recede ergo paululuz ab eo vt quiescat
donec optata veniat: ⁊ sicut mercennarii dies
eius. ℟. Ne recorderis peccata mea dñe. Duz
veneris iudicare seculū per ignem. ℣. Dirige
domine deus meus in conspectu tuo viā me-
am. Dum veneris iudicare seculum per ignē

Quis michi hoc tribuat — Lectio sexta.
vt in inferno protegas me ⁊ abscōdas
me donec pertranseat furor tuus: et constitu-
as michi tempus in quo recorderis mei? Pu-
tas ne mortuus homo rursum viuat? Cun-
ctis diebus quibus nunc milito: expecto do-
nec veniat immutatio mea. Vocabis me ⁊ e-
go respōdebo tibi. Operi manuum tuarum
porriges dexteram. Tu quidem gressus me-
os dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℟.

Dñe scdm actũ meuz noli me iudicare nichil
dignũ in cõspectu tuo egi. Ideo depcoꝛ maie-
statẽ tuã vt tu deus deleas iniqtatẽ meam. ℣.
Amplius laua me dñe ab iiusticia mea ⁊ a de
licto meo mũda me qꝛ tibi soli peccaui. Ideo.
An. Complaceat. [redacted] Psalmus.
Expectãs expectaui dñm: ⁊ intendit mi
chi. Et exaudiuit pꝛeces meas ⁊ edux
it me de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Et statu
it supꝛa petram pedes meos ⁊ direxit gressus
meos. Et immisit in os meũ canticũ nouuz:
carmẽ deo nostro. Videbũt multi ⁊ timebũt
et sperabunt in dño Beatus vir cuius est no-
men dñi pes eius: et nõ respexit in vanitates
⁊ isanias falsas Multa fecisti tu dñe deꝰ meꝰ
mirabilia tua: et cogitacõibꝰ tuis non est qs si
milis sit tibi Annũciaui ⁊ locutus sum mul-
tiplicati sũt super numerũ Sacrificiuz ⁊ ob-
lacionez noluisti: aures autez perfecisti michi
Holocaustum et pꝛo pctõ non postulasti tunc
dixi ecce venio In capite libꝛi scriptum est de
me vt facerẽ voluntatem tuam deꝰ meꝰ vo-
lui et legem tuã in medio coꝛdis mei Annũ-
ciaui iusticiam tuam in ecclesia magna: ecce
labia mea nõ pꝛohibeo domine tu scisti Ius-
ticiam tuã non abscondi in coꝛde meo: verita

tem tuã ⁊ salutare tuũ dixi. Non abscõdi mi
sericordiã tuã ⁊ veritatẽ tuã: a cõsilio multo.
Tu autẽ dñe ne longe facias miserationes tu
as a me: mia tua ⁊ veritas tua semp susceperunt me. Circũdederũt me mala quorũ
nõ est numerus: cõprehenderũt me iniquitates mee ⁊ nõ potui vt viderem. Multiplicati
sunt sup capillos capitis mei: ⁊ cor meũ dereliquit me. Complaceat tibi dñe vt eruas me:
dñe ad adiuuandũ me respice. Confundant
⁊ reuereant simul: qui querunt aiam meã vt
auferant eã. Conuertantur retrorsum ⁊ reue
reantur: qui volunt michi mala. Ferãt cõfestim reprehensionẽ suã: q̃ dicũt michi euge euge.
Exultent ⁊ letent super te oñs querentes te:
⁊ dicant semp magnificetur dñs q̃ diligũt salutare tuũ. Ego autẽ mendicus sũ ⁊ pauper
dñs sollicitus est mei. Adiutor meus ⁊ protector meus tu es: deus meꝰ ne tardaueris. Requiẽ. An. Cõplaceat tibi dñe vt eruas me dñe
ad adiuuandũ me respice. An. Sana. ℣. ps.
Beatus qui intelligit sup egenũ ⁊ pauperem: in die mala liberabit eum dñs.
Dñs cõseruet eũ ⁊ viuificet eũ ⁊ beatum faciat eum in terra: ⁊ nõ tradat eum in aiam inimicorũ eius. Dñs opẽ ferat illi sup lectũ dolo

M

ris eius: vniuersũ stratũ eius: versasti in infir
mitate eius. Ego dixi dñe miserere mei: sa-
na aĩam mea qꝛ peccaui tibi. Inimici mei di
xerunt mala michi qñ moriet ⁊ peribit nomẽ
eius. Et si ingrediebatur vt videret vana lo
quebatur coꝛ eius: cõgregabit iniquitatẽ sibi
Ingrediebat foras: ⁊ loquebatur in idipsum
Aduersũ me susurrabant omnes inimici mei
aduersũ me cogitabant mala michi. Verbũ
iniquũ ꝯstituerũt aduersum me: nunqd q̃ doꝛ
mit non adiiciet vt resurgat. Etenim homo
pacis mee in quo speraui: q̃ edebat panes me-
os magnificauit sup me supplãtationẽ. Tu
aũt dñe miserere mei: ⁊ resuscita me ⁊ retribu
am eis. In hoc cognoui qm̃ voluisti me: qm̃
nõ gaudebit inimicus meus sup me. Me aũt
ꝓpter innocentiã suscepisti: ⁊ ꝯfirmasti me in
ꝯspectu tuo in eternũ. Benedictus dñs deus
israel: a seculo ⁊ in seculũ fiat fiat. Requiem.
An. Sana dñe aĩam meã qꝛ peccaui tibi. An.
Quemadmodũ. Sitiuit. Psalmus.
desiderat ceruus ad fontes aquarum:
ita desiderat aĩa mea ad te deus. Sitiuit ani-
ma mea ad deum fontem viuũ. qñ veniam ⁊
apparebo ante faciẽ dei. Fuerunt michi la-
chryme mee panes die ac nocte: dũ dicitur mi

chi quotidie vbi est de⁹ tuus. Hec recordatus
sum & effudi in me aiam meam qñ translibo
in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad do
mũ dei. In voce exultatiõis & confessionis: so-
nus epulantis. Quare tristis es aima mea: &
quare cõturbas me. Spera in deo qñ adhuc
cõfitebor illi: salutare vultus mei & deus me⁹
Ad meipm aia mea conturbata est: ppterea
memor ero tui de terra iordanis: & hermonii
a monte modico. Abyssus abyssum inuocat
in voce catharactaꝝ tuaꝝ. Omnia excelsa tua
& fluctus tui: sup me transierũt. In die man
dauit dñs miam suã: & nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicã deo suscep
tor meus es. Quare oblitus es mei & quare
contristatus incedo: dum affligit me inimic⁹
Dum confringunt ossa mea exprobrauerũt
michi: q̃ tribulant me inimici mei. Dum di-
cunt michi per singulos dies: vbi est deus tu⁹
Quare tristis es anima mea: & quare contur
bas me. Spera in deo qñ adhuc confitebor
illi: salutare vultus mei & deus meus. Requi
em eternã. An. Sitiuit aia mea ad deum fon
tem viuũ qñ veniã & apparebo ante faciẽ dñi
℣. Requiẽ eternã dona eis dñe. ℟. Et lux per-
petua luceat eis. Pater noster. Lectio. vii.

Spiritus meꝰ attenuabit dies mei bꝛeuiabunt: ⁊ solū michi supest sepulchꝛū. Nō peccaui ⁊ in amaritudinibus moꝛat oculus meus. Libera me dñe ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiuslibet manus pugnet ⁊tra me. Dies mei trāslierunt cogitatiōes mee dissipate sunt toꝛquētes coꝛ meū. Noctē verterunt in diē: ⁊ rursum post tenebꝛas spero lucē. Si sustinuero infernus domus mea est: ⁊ in tenebꝛis strauī lectulum meū. Putredini dixi. Pater meus es mater mea ⁊ soꝛoꝛ mea vermibus. Ubi est ergo nūc pꝛestolatio mea ⁊ patiētia mea. Tu es dñe deus meus. ℟. Peccāte me quotidie ⁊ nō penitēte timoꝛ moꝛtis ⁊turbat me. Qꝛ in inferno nulla est redēptio miserere mei deus et salua me. ℣. Deus in noīe tuo saluū me fac ⁊ in virtute tua libera me. Qꝛ in inferno nulla est redemptio miserere mei deus ⁊ salua me.

Lectio. viii.

Oculi mee consumptis carnibus adhesit os meū: ⁊ derelicta sunt tantūmodo labia mea circa dētes meos. Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei qꝛ manus dñi tetigit me. Quare pꝛsequimini me sicut deus ⁊ carnibus meis saturamini Quis michi tribuat vt scribant sermōes mei Quis michi det vt exarentur in libꝛo stilo fer

reo aut plumbilamina: vel celte sculpātur in silice: Scio enim q̄ redēptor meus viuit ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus sū: ⁊ rursū circundabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deū saluatorē meū. Quē visurus sum ego ipe ⁊ oculi mei cōspecturi sunt ⁊ nō alius. Reposita est hec spes mea: in sinu meo. ℟. Requiem eternaz dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Qui lazar resuscitasti a monumēto fetidum tu eis dñe dona requiem. Et lux perpetua luceat eis.

Lectio nona.

Quare de vulua eduxisti me: q̄ vtinam cōsumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi nō essem de vtero trāslatus ad tumulū. Nunq̄d nō paucitas dierū meorū finietur breui: Dimitte ergo me dñe vt plāgā paululum dolorē meū anteqū vadā ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosam ⁊ opertā mortis caligine. Terrā miserie ⁊ tenebrarū vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo sed sempiternus horror inhabitans. ℟. Libera me dñe de morte eterna i die illa tremēda. Dū celi mouēdi sūt ⁊ terra. Dū venerit iudicare seculū per ignē. ℣. Dies illa dies ire calamitatis ⁊ miserie dies magna ⁊ amara valde. Dū celi mouēdi sunt ⁊ tra. ℣. Quid ergo miserrimus quid dicā vel quid faciā dū

nil boni perferã ante tantũ iudicẽ. Dñe veneꝛ
iudicare sclm per ignẽ. ℣. Nũc xp̃e te petim⁹
miserere q̃s qui venisti redimere pditos noli
dãnare redẽptos. Libera me dñe de moꝛte. ℟c
℟. Libera me dñe de penis inferni. Qui poꝛ-
tas ereas 2fregisti ꝛ visitasti infernũ ꝛ dedisti
eis lumẽ vt viderẽt te q̃ erãt in penis tenebꝛa-
rum. ℣. Clamãtes ꝛ dicẽtes aduenisti redem-
ptoꝛ noster. Qui poꝛtas ereas 2fregisti ꝛ visi-
tasti infernũ ꝛ dedisti eis lumen vt viderẽt te
q̃ erant in penis tenebꝛarũ. ℣. Requiescant in
pace. ℟. Amen. An. Exultabunt. p̃s.
Miserere mei deus: scdm magnã miaꝛ
tuã ꝛ scdm multitudinẽ miserationũ tua-
rum: dele iniquitatẽ meam. Amplius laua
me ab iniquitate mea: ꝛ a peccato meo mun-
da me. Quoniñ iniquitatem meã ego cognosco:
ꝛ peccatum meũ contra me est semper. Tibi
soli peccaui ꝛ malum coꝛam te feci: vt iustifi-
ceris in sermonibus tuis ꝛ vincas cum iudica
ris. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sũ:
ꝛ in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce eni
veritatẽ dilexisti: incerta ꝛ occulta sapientie
tue manifestasti michi. Asperges me dñe hy
sopo ꝛ mundaboꝛ: lauabis me ꝛ super niuem
dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudiũ ꝛ leti

ciam: ⁊ exultabunt ossa humiliata. Auerte
faciem tuam a peccatis meis: ⁊ oñs iniquita
tes meas dele. Cor mundū crea in me deus:
⁊ spiritum rectum innoua in visceribus meis
Ne proicias me a facie tua: ⁊ spiritum sanctū
tuum ne auferas a me. Redde michi leticiam
salutaris tui: ⁊ spiritu principali cōfirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impii ad te con
uertent. Libera me de sanguinibus deus de-
us salutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iusticiam tuā. Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuā. Nam si voluisses sacrificiū dedissem: vtiq; olocaustis nō delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritū ⁊ humiliatū deus nō despicies. Benigne fac domine in bona volūtate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes ⁊ olocausta: tunc imponent sup altare tuum vitulos. Requiem eternā dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. An. Exultabunt dño ossa humiliata. An. Exaudi. Psalmus.

Te decet hymn⁹ deus in syon ⁊ tibi reddetur votum in hierusalem. Exaudi deus oratione mā ad te ois caro veniet. Verba iniquor̄ pualuerūt sup nos: ⁊ impietatib⁹

nostris tu propiaberis. Beatus quez elegisti
& assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Re-
plebimur in bonis dom⁹ tue: sctñ est templū
tuū mirabile in equitate. Exaudi nos de⁹ sa-
lutaris noster: spes oim finiū terre et in mari
longe. Preparans montes in virtute tua ac-
cinctus potētia: qui conturbas profundū mar
sonū fluctuū eius. Turbabunt gētes & time
bunt qui habitāt terminos a signis tuis exit⁹
matutini & vespere delectabis. Visitasti ter-
ram & inebriasti eā: multiplicasti locupletare
eam. Flumē dei repletū est aquis: parasti ci-
bum illoz qñ ita est preparatio eius. Rivos
eius inebrians multiplica genimina eius: in
stillicidiis eius letabit germinās. Benedices
corone anni benignitat⁹ tue: & campi tui reple
buntur vbertate. Pinguescēt speciosa deser-
ti: & exultatiōe colles accingent. Induti sunt
arietes ouiū: & valles abundabunt frumento
clamabunt etenim hymnū dicent. Requiē.
An. Exaudi dñe orationē meam ad te omnis
caro veniet. An. Me suscepit. Psalmus.
Deus deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te aia mea: q̄ multipliciter
tibi caro mea. In tra deserta inuia & inaquo
sa sic in sancto apparui tibi: vt viderē virtutē

tuā ⁊ gloriā tuā. Quā melior est mīa tua sup
vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicā
te in vita mea: ⁊ in noīe tuo leuabo man⁹ me-
as. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat̄ anima
mea: ⁊ labiis exultatiōis laudabit os meum.
Sic memor fui tui sup stratū meū: in matu-
tinis meditabor in te qr fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarū tuarū exultabo adhe
sit aīma mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vero inuanū quesierūt aīam meā: ītro-
ibunt in inferiora terre: tradent̄ in man⁹ gla-
dii partes vulpiū erunt. Rex vero letabit̄ in
deo laudabunt̄ om̄s qui iurāt in eo: qr obstru
ctū est os loquentiū iniqua.
Deus misereat̄ nostri ⁊ bn̄dicat nobis:
illuminet vultū suū sup nos ⁊ misereatur nr̄i
Et cognoscamus in terra viā tuā: in om̄ibus
gētibus salutare tuū. Confiteant̄ tibi popl̄i
deus: cōfiteant̄ tibi populi oēs. Letent̄ ⁊ exul-
tent gētes qm̄ iudicas populos in eq̄tate: ⁊ gē
tes in terra dirigis. Cōfiteantur tibi populi
deus confiteant̄ tibi om̄es: terra dedit fructū
suum. Benedicat nos deus deus noster bene
dicat nos deus: ⁊ metuant eum omnes fines
terre. Requiez. An. Me suscepit dextera tua
dn̄e. An. A porta inferi. Psalmus.

Go dixi in dimidio dierꝝ meorꝝ: vadaz
ad portas inferi. Quesiui reliduũ an-
norꝝ meorꝝ: dixi non videbo dñm deũ in terra
viuentiũ. Non aspiciã hoiem vltra ⁊ habita
torẽ quietis. Generatio mea ablata est: ⁊ cõuo-
luta est a me quasi tabernaculũ pastoꝝ. Re-
cisa est velut a texente vita mea duz adhuc or
direr succidit me: de mane vsqꝫ ad vesperã fi-
nies me. Sperabã vsqꝫ ad mane: quasi leo sic
ꝫtriuit oia ossa mea. De mane vsqꝫ ad vespe
ram finies me: sicut pullus hyrundinis sic cla
mabo meditaboꝝ vt colũba. Attenuati sunt
oculi mei: suspiciẽtes in excelsa. Dñe vim pa
tioꝝ respõde pro me qd dicã aut qd respõdebit
michi cũ ipe fecerim. Recogitabo tibi oẽs an
nos meos: in amaritudine aĩme mee. Dñe
si sic viuitur ⁊ in talibus vita spũs mei corri-
pies me ⁊ viuificabis me: ecce in pace amari-
tudo mea amarissima. Tu aũt eruisti aiam
meã vt nõ periret: proiecisti post tergum tuũ
oia pcta mea. Quia nõ infernus confitebit tibi
neqꝫ moꝝs laudabit te: nõ expectabũt qui descen
dunt in lacũ veritatẽ tuã. Qui viuẽs viuẽs ipe cõ
fitebitur tibi: sicut ⁊ ego hodie pater filiis no-
tam faciet veritatẽ tuã. Dñe saluũ me fac: ⁊
psalmos nostros cantabim⁹ cũctis diebꝰ vite

nostre in domo dñi Requiē. An. A porta in=
feri erue dñe aiam meā. An. Dis spūs. ℣ ps.
Laudate dñm de celis: laudate eum in
excelsis Laudate eū oñes angeli eius
laudate eum oñs virtutes eius Laudate eū
sol ⁊ luna: laudate eum omnes stelle ⁊ lumen.
Laudate eum celi celoꝝ: ⁊ aque que super ce=
los sunt laudēt nomen domini Quia ipse di
xit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt.
Statuit ea in sculum ⁊ in seculum seculi: pre
ceptum posuit ⁊ nō preteribit Laudate dñm
de terra: dracones ⁊ oñs abyssi Ignis gran
do nix glacies spiritus procellarum: que faci=
unt verbum eius Montes ⁊ oñes colles lig=
na fructifera ⁊ oñes cedri Bestie ⁊ vniuersa
pecora: serpentes ⁊ volucres pēnate Reges
terre ⁊ omnes populi: principes ⁊ omnes iudi
ces terre Iuuenes ⁊ virgines senes cum iu=
nioribus laudent nomen dñi: quia exaltatuz
est nomen eius solius Confessio eius super
celum ⁊ terram: ⁊ exaltauit cornu popnli sui.
Ymnus omnibus sanctis eius: filiis israel
populo appropinquanti sibi.
Cantate dño canticū nouū: laus eius in ec
clesia sanctoruz Letetur israel in eo qui fecit
eum ⁊ filie syon exultent in rege suo Laudēt

nomen eius in choro: in tympano ⁊ psalterio
psallant ei[illegible]quia bñplacu ñ est dño in populo
suo: ⁊ exaltabit māsuetos in salutē [illegible]xulta-
bunt sancti in gl̄ia: letabunt in cubilibus suis
[illegible]xultatiões dei in guttuure eor: ⁊ gladii an
cipites in manibus eor [illegible]d faciendā vindi-
ctā in nationib⁹: increpatiões in populis [illegible]d
alligandos reges eor in cōpedibus: ⁊ nobiles
eor in manicis ferreis [illegible]t faciāt in eis iudici
um cōscriptū: gloria hec est oīnibus sctis eius
[illegible]Audate dñm in sanctis ei⁹: laudate eū
in firmamēto virtutis eius. [illegible]auda-
te eū in virtutib⁹ eius: laudate eū scdm multi
tudinē magnitudinis ei⁹ [illegible]audate eū i sono
tube: laudate eū in psalterio ⁊ cythara. [illegible]au-
date eum in tympano ⁊ choro: laudate eū in
cordis ⁊ organo. [illegible]audate eum in cymbalis
benesonantibus laudate eū in cymbalis iubi-
latiōis: oīs spūs laudet dñm [illegible]requiē. An.
Oīnis spūs laudet dñm ℟. Requiē eternam
dona eis dñe. ℣. Et lux perpetua luceat eis.
An. Ego sum. [illegible]t Canticum zacharie.
[illegible]Enedictus dñs deus israel: quia visita
uit ⁊ fecit redemptionē plebis sue [illegible]t
erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pu-
eri sui [illegible]icut locutus est per os sanctor: qui a

seculo sunt prophetaꝝ eius. Salutē ex inimi
cis nostris: ⁊ de manu omniū qui oderūt nos.
Ad faciendā miam cū patrib⁹ nostris: ⁊ me=
morari testamēti sui sancti. Iuliurandū qd
iurauit ad abrahā patrē nostrū: daturū se no=
bis ut sine timore de manu inimicoꝝ nostro
rū liberati: seruiamus illi in sctitate ⁊ iusti=
cia coꝝā ipso: oībus diebus nostris. Et tu pu=
er propheta altissimi vocaberis: preibis enim
ante faciē dñi parare vias eius. Ad dandaꝝ
scientiā salutis plebi eius: in remissionē pctō=
rum eoꝝ. per viscera mie dei nostri: in qbus
visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his
q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedent: ad di=
rigēdos pedes nostros in viā pacis. Requiē.
An. Ego sum resurrectio ⁊ vita q̄ credit in me
etiā si mortuus fuerit viuet: ⁊ ois q̄ viuit ⁊ cre
dit in me nō morief in eternum. Kyrieleyson.
Xpeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. ℣ ps.
Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec de
lectasti inimicos meos sup me. Dñe de
us me⁹ clamaui ad te: ⁊ sanasti me. Dñe edu
xisti ab inferno aiam meā: saluasti me a descē
dentibus in lacū. Psallite dño sancti ei⁹: ⁊ cō=
fitemini memorie sanctitatis eius. Qm̄ ira i
indignatiōe eius: ⁊ vita in volūtate eius. Ad

vesperꝫ demorabit fletus: ⁊ ad matutinū leti-
cia[illegible]go autē dixi in abundātia mea: nō mo
uebor in eternū. [illegible]ne in voluntate tua: prestī
tisti decori meo virtutē. [illegible]uertisti faciē tuā a
me: ⁊ factus sū ꝫturbatus. [illegible]d te dñe clama-
bo: ⁊ ad deū meum deprecabor. [illegible]ue vtilitas
in sanguine meo: dū descendo in cōrruptionē
[illegible]unqd cōfitebitur tibi puluis: aut annūcia
bit veritatē tuā. [illegible]udiuit dñs ⁊ misertus est
mei: dñs factus est adiutor meus. [illegible]onuerti
sti planctum meū in gaudium michi: conci-
disti saccum meum ⁊ circundedisti me leticia
[illegible]t cantet tibi gloria mea ⁊ nō compungar:
domine deus meus in eternū confitebor tibi.
[illegible]equiē eternā dona eis dñe ⁊ lux ꝑpetua lu-
ceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dne aīmas
eorꝫ. ℣. Credo videre bona dñi. ℟. In terra vi
[illegible]Eus cui proprium [illegible]uentium. Oremus.
[illegible]est misereri semper ⁊ parcere ꝑpitiare
aīabus famulorꝫ famularūqꝫ tuarꝫ ⁊ oīa eorꝫ
pctā dimitte vt mortis vinculis absoluti tran
sire mereantur ad vitam. Qui. [illegible]
[illegible]Ps sempiterne deꝰ cui nunq̄ sine spe
misericordie supplicat: ꝑpitiare aīe fa-
muli tui vel famule tue N. vt qui de hac vita
in tui nominis confessione decessit sanctorꝫ tu-

orum numero facias aggregari.

Deus cuius mie non est numerus fulci pe pro animabus famulorꝝ tuorꝝ ponti ficũ preces nostras: ⁊ lucis eis leticieqꝫ regio nem in sanctorꝝ tuorꝝ societate concede.

Inclina dñe aurẽ tuã ad pces nostras q̃ bus miam tuã supplices depcamur vt animas famulorꝝ famularũqꝫ tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas ⁊ sanctorum tuorum iube as esse consortes.

Animabus q̃s dñe olim fideliũ defun ctorꝝ oro pficiat supplicantiũ vt eas ⁊ a pctis omnibus exuas ⁊ tue redemptiõis facias esse participes. Qui cum deo patre. ⁊c.

Requiescant in pace. Amen.

In feriis inter festũ anmariũ ⁊ pascha.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sum Effundo in cõspectu eius oronẽ meã: ⁊ tribulationẽ meã ante ipm pnuncio. In deficiendo ex me spi ritũ meũ: ⁊ tu cognouisti semitas meas In via hac qua ambulabam: absconderunt sup bi laqueum michi Considerabã ad dexterã ⁊ videbam: ⁊ non erat q̃ cognosceret me Pe riit fuga a me: ⁊ nõ est qui requirat animam

meã. [illegible]lamaui ad te dñe dixi tu es spes mea:
portio mea in terra viuentiũ. [illegible]ntẽde ad de-
precationẽ meã: qz humiliatus sũ nimis [illegible]-
bera me a persequẽtibus me: qz roborati sunt
sup me. [illegible]duc de custodia aiam meã: ad cõfi
tendũ nomini tuo: me expectãt iusti donec re-
[illegible]Ancte ꝫ idiuidue tri-[illegible] tribuas michi.
nitati iesu christi crucifixi humanitati
gloriose marie virgini sit sempiterna gl'ia ab
omni creatura ꝑ infinita seculoꝝ scl'a. Amen
[illegible]ñdictũ sit dulce nomẽ dñi nostri iesu xp̃i ꝫ
gl'iose ỽginis marie matris ei⁹ in eternũ ꝫ vl
tra. Amen. [illegible]os cũ prole pia bñdicat virgo
maria. Amen. [illegible]ũdi saluator sit nobis auxi-
liator. Amẽ [illegible]t aime oim fideliũ defũctoꝝ
per miam dei in pace requiescãt. Amen. [illegible]
[illegible]a requiẽ cũctis deus hic ꝫ vbiqz sepult⁹: vt
sint in requie ꝑpter tua vulnera qnqz. Amen
[illegible]it laus deo/pax viuis/ꝫ requies defũct⁹ Amẽ
¶Johãnes papa. xii. ꝛcessit oibus dicẽtibus
oronem sequentẽ trãseundo ꝑ cymiteriũ tot
annos indulgentiaꝝ quot fuerũt ibi coꝛpoꝛa
inhumata a ꝛstitutiõe ipsius cymiterii. [illegible]
[illegible]Aete oẽs aime fideles quarũ coꝛpoꝛa
[illegible]hic ꝫ vbiqz requiescũt in puluere dñs ie-
sus xp̃us q̃ vos ꝫ nos redemit suo pciosissimo

sanguine dignet vos a penis liberare / ⁊ inter choros suoꝝ sanctoꝝ angeloꝝ collocare: ibiq; nostri memores suppliciter exorare vt vobis associemur ⁊ vobiscũ in celis coronemur. ℣. Nõ intres in iudiciũ cũ aĩabus seruoꝝ tuorũ ℟. Qm̃ nõ iustificabit in cõspectu tuo oĩs viuens. Oremus.

Domine iesu christe salus ⁊ liberatio fideliũ animarũ q̃ nõ venisti aĩas perdere sed saluare ⁊ dare animã tuã in redemptionẽ pro multis: ĩmensam clementiã tuã ac ineffabilem mĩam tuã humiliter imploramus vt aĩmas oĩm fideliũ defunctoꝝ in penis purgatorii cruciatas misericorditer respicere digneris: ⁊ que iuste pro peccatis affligunt tua benignissima pietate liberẽtur: subueniatq; illis tua misericordia / quas p̃cioso sanguine redemisti. Et per merita beatissime gloriosissimeq; virginis marie ⁊ omnium sanctoꝝ ⁊ sanctaꝝ eas ab inferoꝝ cruciatibus liberare ⁊ inter animas sanctorum tuorum collocare digneris / veste quoq; immortalitatis indui / ⁊ paradisi amenitate iubeas confoueri. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Hic incipiunt cōmendationes animarum

Beati immaculati i via: qui ambulant in lege dñi. Beati q̄ scrutant testimonia eius: in toto cor de exquirunt eū. Non eni

qui operantur iniquitatē: in viis eius ambu-
lauerunt. Tu mandasti: mandata tua custo
diri nimis. Vtinā dirigant vie mee: ad custo
